

modo meliorem absque necessitate illum justificandi ex his, quae habentur supra *disc. 2.* Stant enim bene simul, ut ibi advertebat, ut obtineat rem ex titulo invalido, alium titulum meliorem deinde sibi cumulet, quoties ad illum, de quo apparet, tanquam unicum, ac meliorem praecise non se restrinxerit possessor, cum illius pura productione ad tituli justificationem principaliter facta ex infirmitate *eodem disc. 2. & sub tit. de Regalibus disc. 47.* ac alibi; Atque istud motum me impulit ad consulendum concordiam, cum illud non leve inferret difficultatem, quamvis ita in decisione, vel per Scribentes in contrarium non sit deducta, dum dicta secunda concessio, quae ut supra ex hac parte ita infecta dicebatur ex sui facie, quod vitium redoleret, atque praesumptionem solemnitatis, & causae excluderet, facta non erat ex parte dictae mulieris, sed potius ex parte Monasterii, unde propterea dici non poterat adesse restrictionem ad hunc titulum tanquam meliorem, alterius possibilis exclusivum; Ubi etenim haec restrictio concurreret, parvi favendas esse credebam generalitates, cum quibus in prima decisione processum est.

ROMANA DOMUS
PRO ECCLESIA S. THOMAE
LIBRARIORUM
CUM MONASTERIO SUBLACENSI.

Causa pendet in Rota.

De eadem materia beneplicii praesumpti ex lapsu temporis an illi obstat Constitutio Urbani VIII. Et quid ubi agatur de concessione facta laico, cui Constitutio obstat, accedat autem longissima possessio Ecclesiae laico succedentis, cui eadem Constitutio non obstat, an intret praesumptio ad limites juris communis.

Et an dicta Constitutio non obstante, praesumptio solemnitatis, & causae admittenda sit, ubi non resultat a sola longissima observantia, sed ab aliis administrativis, & praesumptionibus.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **Q**uod in Curia de facti detur restitutio adversus rem iudicatam.
- 3 **D**esertio appellations ob non prosecutionem indiget sententia declaratoria cum praescriptione termini.
- 4 **E**t si in termino exhibentur acta, disputatur de iustitia, vel iniustitia.
- 5 **D**e materia melioramentorum remissio.
- 6 **D**e Constitutione Urbani VIII. tollente beneplicium praesumptum.
- 7 **N**on procedit contra Ecclesiam.
- 8 **Q**uid ubi contractus factus est cum privato, cui Ecclesia succedat.
- 9 **D**e materia juspatronatus, ut attendatur origo.
- 10 **D**e purgatione male praesumptionis ob longam possessionem personae non suspectae.
- 11 **Q**uod dicta Constitutio Urbani sit exorbitans in certis casibus.
- 12 **O**bservantia ad inducendam praesumptionem solemnitatis debet esse univoca, & continua.
- 13 **Q**uando dicatur univoca, & referibilis ad titulum, de quo agitur.
- 14 **U**t etiam observantia distincta, sed per aliquas vias debeat attendi pro moderatione dictae rigorosae Constitutionis.
- 15 **D**e differentia inter observantiam a parte postea pro tempore decurso, & illam a parte antea pro tempore futuro.

DISC. XVI.

Usque ab anno 1544. Monasterium Sublacense controversam domum concessit Petro ad ejus vitam, ac alterius ab eo nominandi pro annua responsione futurum 25. auri taxatorum pro annua responsione futurum 30. Postmodum vero de anno 1560. nova facta fuit concessio eidem Petro in perpetuum pro annuo canone scutorum 30. monetarum; Cumque pluries dicta domus notabiliter meliorata, in extraneos alienata fuisset, five centus super ea im-

positi essent, Monasterium consensum praebuit, laudemiam recipiendo, eaque ab ultimo possessore Jure legitime obvenit de anno 1614. ad Ecclesiam S. Thomae Librarium, ita cum beneplicio Apostolico eam locavit seu vendidit ad vitam Fantino Rentio, qui pariter cum eodem beneplicio, pro tempore ejus vitae, soluta quadam summa unica vice, liberationem reportavit a solutione canonis, defuncto Fantino de anno 1645. Ecclesia domum rehavuit, atque canonum rassumptio solutionem usque ad annum 1649. in quo Monasterium praetendens dictae secundae concessioni invaliditatem, a Vicario seu ejus Locumtenente ad dictam domum reintegrari obtinuit, possessione etiam adeptus; Commissa vero causa appellations in Rota coram Bevilacqua, eaque post diuturnum silentium ex parte dictae Ecclesiae reassumpta, cum ex parte Monasterii praetendetur appellacionem esse desertam, ac oblatere rem iudicatam ob lapsum fatalium, hinc proinde datum fuit solitum dubium, an constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, ejusque disputatio pendet.

In hujus autem dispositionis praeparatione, Scribens ego pro Ecclesia, duos dicebam esse punctos, Unum ordinis, an scilicet dicta appellacionis desertio adesset, necne, Et alterum iustitiae; Ut enim pluries alibi advertitur, materia rei iudicatae, vel trium conformium, in Curia Romana quodammodo caeremonialis esse videtur; Ex propositione siquidem, quod sententia iniusta nunquam transit in iudicatum resultat quod post ferat aequi lapsum, ex capite originariae, ac etiam dubiae iustitiae de restitutione in integrum, responderi solet, ut praesertim de simili responsione adversus rem iudicatam coram Seraphino usque ab anno 1599. cum subsequuta pacifica observantia, patet decisionibus editis in *Nolana parochialis 2. Decembris 1669. & 27. Junii 1670. coram V. Comite.* & de qua causa habebitur sub tit. de benef. in supplemento, ac etiam habetur pluries in sua materia sub tit. de iudicis.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum ordinis, (nisi aliae accederent ignotae facti circumstantiae, planum esse dicebam, ut res iudicata non adesset, quoniam ubi agitur de huiusmodi desertione appellations jam legitime interpositae, sed intra fatalia non prolocuta, requiritur sententia declaratoria ex ea nimium probabilis, & convincenti ratione, quod legitima adesse poterunt impedimenta excusantia, de quibus appellans monitus docere potest, & quatenus doceat, declaratione indigent, an sint legitima, necne, ut apud Rot. dec. 10. ut lite pendente in novis apud Seraph. dec. 564. n. 9. apud Caval. dec. 317. num. 2. & dec. 333. nu. 5. & 6. dec. 226. nu. 10. par. 10. recent. & frequenter; Et hinc etiam Rovit. super pragm. 1. de appell. nu. 10. ubi testatur, etiam de praxi.

Hinc proinde in Curia stylus inolevit, quando de huiusmodi desertione agitur, ut priusquam ad dictam sententiam procedatur, termini praenotari praecedat, quo pendente, si acta exhibeantur, videndum est de iustitia, vel iniustitia, atque desertio non conitit, ut dec. 339. nu. 8. p. 4. rec. tom. 2. & dec. 82. num. 10. & saepius, idque in praesenti sequutum erat.

Quo vero ad merita, ultra inspectionem melioramentorum, quae facti potius, quam juris erat, & de qua materia agitur sub tit. de detract. ac etiam sub altero de iudicis, an scilicet, & quando melioranti competat retentio, aedat melioramentorum exceptio retardat executionem, vel potius cautioni per auctorem praetendae locutus esse debeat.

Quatenus pertinet ad ipsam punctum principalem, decisio pendebat ab eadem inspectione, de qua *disc. praeced.* an scilicet prima concessio ad duas vitas anni 1544. vel secunda perpetua etiam pro extraneis, & successoribus anni 1560. attendi deberet, quo pendebat a validitate, vel invaliditate istius secundae, quae invalida praetendebatur ex defectu beneplicii Apostolici expressis non probatis, & praesumptive non justificabilis, quamvis diuturnam intervallum annorum circiter 90. accederet ob Constitutionem 157. Urbani VIII. dirimentem illam praesumptionem, quae de iure a longissimi temporis observantia resultabat, solamque centenariam praeservantem.

Super hoc autem puncto, ultra ea quae habentur pluries in praecedentibus circa dictae Constitutionis interpretationem super contrariis cum meritis privatis personis istius, in quibus non urgeat ea potentiae ratio, cui dicta Constitutio principaliter innixa est; Ubi etiam illa simpliciter, ac indefinita admittenda esset, adhuc tamen dicebam suffragari receptam limitationem, in praecedentibus pariter saepius

saepius insinuatam ubi agatur cum Ecclesia, in qua dicta mala praesumptio non intret.

8 Verum super hoc motivo considerabam, difficultatem cadere posse, in praecedentibus quoque insinuatam, ut id procedere videatur, quando agitur de alienatione directae, ac immediate facta in alteram Ecclesiam, quoniam licet non intrat ratio conuassationis privilegiorum, atque adhuc locum habeat dispositio *Extravag. Ambrosiae*, attamen cessat mala praesumptio, quae in privatis ex dicta Constitutione derivat; scilicet autem ubi alienatio facta est in privatum, quo Ecclesia, ex titulo universalis, vel particulari postmodum causam habeat, quoniam iuxta ea, quae habentur sub tit. de iurepar. in similibus, ac proximis terminis male praesumptionis usurpationis, quae in potentibus a Concilio Trid. derivat, spectatur origo non autem persona actualis possessoris; si enim primus erat potens, a quo privatus causam habeat iustipatronatus regulatur cum terminis potentium, Et e converso nil refert, an actualis possessor sit potens, ubi causam habuit a privato, ex pluries deductis in sua materia, praerog. *disc. 6. & 58.*

Adhuc tamen credebam in hac facti specie, recte applicabilem esse limitationem deductam *d. disc. 6. de iurepatronatus*, in illis terminis canonizantem per Rotam *dec. 401. nu. 7. cum seq. p. 5. rec.* ut secus dicendum sit, quando talis est privatae personae diuturna possessio, quod dicta macula male praesumptionis bene purgari poterit; Quicquid enim sit de hac limitatione in illis terminis; Dicebam eam recte istis adaptari, cum cessent rationes dubitandi ibidem ponderate; Acriam, quia nimis exorbitantium cumulus adesse videtur, super dictae Constitutionis interpretatione in alienationibus factis cum privatis, in quibus cum

11 tempore quo eadem Constitutio prodit, iam completa erat, ac inducta praesumptio resultat a longissimi temporis observantia, & quo casu duplex propositio intrare videtur; Una quod lex de sui natura esse futura, non autem praeterea; Et altera, quod superveniens mala fides post legitime completam praescriptionem, istam non interrupt, ut apud Mant. *dec. 296. num. 5. Burat. dec. 739. nu. 3. & 6. passim;* Idemque ubi in privatis id recipiendum non esset, sed rigorose insistendum in sola centenaria, (quod tamen asperum videtur,) credebam huiusmodi aperiitatem aliam addendam non esse, fed eam cum aliqua benignitate compensandam, ita dictam limitationem admittendo, ut pro non patientem illas difficultates, quae in dictis alii terminis iustipatronatus cadunt.

Admissa verum dicta limitatione, atque juris communis terminis retentis adhuc duplex error videbatur difficultas circa dictam praesumptionem; Primum scilicet, quod ut advertebat *disc. praeced. & disc. 10.* observantia debet esse univoca, non autem aequivoca ad alium titulum referibilis, ut in praesenti dici potest videbatur, ut scilicet continuata receptio canonis antiquioris tempore facta fuerit in causam primae concessionis ad duas vitas, donec illae duraverint; Et secundum quod solus lapsus temporis non sufficit nisi accedat etiam observantia continua in singulis annis, ideoque non sufficiat, quod una, vel aliquibus vicibus aliqua solutione unitim factae sint pro pluribus annis, ut in specie advertebat *dec. 188. nu. 11. & seqq. & dec. 294. in fin. p. 8. rec. & supra disc. 11.*

Neutrum tamen difficultatem obstatere credebam; Non quidem primam; Tum quia post dictas vitas primae concessionis finitas, adhuc aderat tempus diuturnum quadragenarium excedens; Tum etiam ob diversam summam, quoniam licet primus canon esset in scutis auri, non tamen intrabant ea, quae de augmento favore creditoris cedente habemus, stante taxa praeterea conventionali ita inalterabili; Ac etiam quia athena alteratione pro veritate tempore variis erant immutatae, ideoque verificari non poterat illa uniformitas inalterabilis summae contentae in secunda concessione, ad cuius limites observantia sequuta erat, cum ad hunc effectum etiam conjecturae sufficerent, ut advertitur respondendo in specie huic objecto *dec. 268. nu. 26. & seqq. part. 12. rec.*

Majorem autem difficultatem inferebat altera dubitatio, quod penes Ecclesiam non adesset observantia continuata dum eisdem domus conditor ad vitam, suo iure durante, cum unica solutione, ut supra hoc onus redemerat. Verum ex eadem consideratione non cumulando tot exorbitantis, probabile videbatur, ut dicta restrictio admittenda non esset, cum ea vere, & proprie percutiat casum in quo unica solutio pro pluribus annis sequeretur a parte postea, post eas jam decursas quasi quod admitti non

Card. de Luca Lib. VII.

debeat retrotractio, ac etiam quia ita adesse potest aliqua affectatio pro hoc fine alsequendo; Sedis autem ubi agatur de unica solutione anticipata pro pluribus annis subsecquentibus, quoniam tunc in singulis annis qui subsecuntur, dominus retinendo in manibus acceptam pecuniam, ita in contractu perseverare dicitur, atque per actum occultum sibi ipsi solvere currentem praestationem, ideoque magna differentia videtur inter casum, in quo unica solutio fiat a parte postea pro annis jam decursis, & alterum in quo fiat anticipata a parte antea pro annis in futurum decurrentibus.

Cumque in hac facti specie, per causae Patronum, plerumque aliae deducerentur circumstantiae, probantes, vel administrantes, quod vere beneplicium Apostolicum intercesserit, vel directe a Papa, vel a Cardinali Penitentiario, qui id tunc in facultatibus habebat (cum tunc moderato eius facultatum facta per *Pium IV.* sequuta non esset) hinc proinde advertebam, quod ubi etiam dicta Urbana constitutio in dicto rigoroso sensu attendi deberet, ut completeretur etiam huiusmodi privatas alienationes, non attento, quod de tempore ejus editis, praesumptio ad limites juris communis iam perfecta, & completa esset, attamen id recipiendum veniret, quando possessoris fundamentum constitueret in sola praesumptione, quae ex dispositione juris a longissima observantia resultat absque alio extrinseco facti adminiculo, secus autem ubi possessor, allegando hoc beneplicium illud probare vellet cum ea praesumptiva, seu administrativa specie probationis, quae de iure in antiquis admittitur, deducendo diuturni temporis observantiam, tanquam unum ex administrativis, cum aliis coniungendam, iuxta administrativae probationis naturam, iure regulam, cum tunc videatur casus a constitutione omisit, idque nil prohibere videatur; Adhuc tamen occasio non dedit id formaliter disputare.

SAVONEN. CAPELLAE
PRO PP. CONVENTUALIBUS
CUM EPISCOPO.

Causa disputata coram Praelato Iudice commissario sub incerto exitu, credo pro PP.

De transacione, an, & quando cadat sub dispositione *Extravag. Ambrosiae*, itaut dicatur prohibita alienatio, necne.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **Q**uod transactio dicatur alienatio prohibita, & cadat sub dispositione *Extravag. Ambrosiae*.
- 3 **D**icantur DD. exigentes simpliciter solemnitates, non descendendo ad speciem beneplicii Apostolici.
- 4 **A**liae solemnitates non sufficiunt hodie sine dicto beneplicio.
- 5 **R**ecensentur plures limitationes conuassationis, de qua nu. 2. super licita transacione sine beneplicio.
- 6 **U**bi queritur de invaliditate transacionis, non attenditur, an transigens habebat bonum, vel malum ius, ubi defectus est in solemnitate.
- 7 **S**olemnitas, & causa copulativae desiderantur, & una sine altera non sufficit.

DISC. XVII.

Ortis controversis, inter Episcopum, & Conventum Minorum Conventualium super retentione cuiusdam miraculose imaginis, ejusque capellae, ac oblationum administratione, & pertinentia, deventum est de anni 1631. ad quandam transacionem, cuius dicti Religiosi penitentes, iudicium instituerunt pro annullatione in partibus; Et introducta de anno 1633. causa in Curia coram Praelato Iudice commissario a sententia in prima instantia lata favore Conventus per Archiepiscopum Januensem Apostolicum delegatum, (ultra concorrentia ordinem iudicii, ac validitatem dictae sententiae, quae nulla praetendebatur;) Quatenus pertinet ad iustitiam, & merita negotii principalis, punctus erat, an dicta transactio inita inter ecclesiasticos, & super iuribus ecclesiasticis, caderet, necne, sub dispositione *Extravag. Ambrosiae de reb. Eccl. non alien.* itaut ad exorbitantem copulativam concursus beneplicii Apostolici, causae necessarius esset, eo modo, quo in vera, & propria alienatione bonorum Ecclesiae requiritur.

Q 4 In

In hoc autem, scribens pro Conventu super transactio- nis in validitate (cum sensu etiam veritatis,) certam dicebam esse regulam affirmativam, etiam inter Ecclesias eodem modo quo cum privato, ac etiam non agatur de bonis corporalibus, sed de iuribus ecclesiasticis, & incorporeis, cum transactio species prohibita alienationis non recedat, ut ex Feder. Sen. conf. 94. per tot. & aliis relatis & edoan. de reb. Eccl. non alien. g. 2. c. 1. per tot. Barbof. de Episcop. alleg. 9. s. n. 63. Atque hanc perpetuo tenuit Rota, ut apud Capurac. dec. 116. p. 1. & dec. 318. par. 3. Coccin. dec. 301. nu. 1. & decif. 362. nu. 3. Duran. dec. 439. nu. 2. Rot. dec. 75. s. nu. 2. par. 2. recent. dec. 561. nu. 1. part. 5. dec. 241. nu. 10. par. 4. tom. 2. dec. 518. nu. 6. apud Posthium de manu. dec. 24. n. 17. & seqq. part. 10. recent. Otthobon. dec. 159. & 250. & frequentes.

Ex licet aliqui ex allegatis, praesertim Feder. de Sen. Dur. & Capurac. non loquantur explicitè de beneplacito Apostolico, sed solemnitatibus in genere, dicentes, quod transactio requirit eadem solemnitates, quas requirit alienatio; Attamen hodie idem est dicere solemnitates, ac beneplacitum Apostolicum, quoniam post dictam Extrav. Ambrosiosæ, solemnitates de iure communi non sufficiunt, etiam omnes interveniant, nisi interveniat dictum beneplacitum, ut reprobat Rota praesertim dec. 277. n. 4. & seqq. par. 4. recent. tom. 3.

Quamvis autem dicta regula plures patiatur limitatio- nes; Nulla tamen ad rem faciebat; Limitationes etenim sunt, Primò generalis in omnibus illis casibus, in quibus est etiam permilla pura alienatio, & in ista non verfabatur indubitanter; secundò in concordia ista inter ecclesiasti- cos super praedictis, ac modo procedendi in processione Seraph. dec. 36. Rota Coram Duno. Sen. dec. 168. & de hac nihil ad rem; Tertio fit inter duas Ecclesias, vel personas ecclesiasticas super decimis & funeralibus, vel iuribus parochialibus per tex. in cap. 1. & fin. de pact. in sexto, Rota dec. 270. p. 4. rec. dec. 402. n. 1. & seqq. p. 5. dec. 161. n. 2. & dec. 218. n. 3. p. 7. & ista neque ad causam faciebat; Adhuc tamen isto casu requiritur confirmatio Episcopi causa cognita, ut in d. dec. 270. p. 4. & d. dec. 1. Quarto demum ubi bona, vel iura, super quibus fit transactio, remanet pones ipsam Ecclesiam transigentem, dummodo alteri contra- henti non refundat rem alienari prohibitam, ex deductis per Add. ad Buratt. dec. 690. litt. D. apud Rojas dec. 364. n. 1. & 12. cum aliis d. disc. 1. & haec pariter non erat appli- cabilis, neq; in hac verlabamur, imò in oppositis, dum fra- tres possidentes capellam, illius de possessione se privarunt.

Scribentes in contrarium, agnoscetes, quod ex praemis- sis transactio ex defectu beneplaciti Apostolici non esset sustentabilis, ut effugerent difficultatem conabatur assu- mere inspectionem super bono iure Episcopi, Verùm respondebam id esse extrà punctum quaestionis restrictæ ad validitatem, vel invaliditatem transactionis ideoque dedu- cebam idem dilemma, de quo etiam discurs. seq. Aut scilicet Episcopus volebat uti transactio, atque in ea fundamen- tum constituere, Aut non: Si non volebat, sed intendebat regredi ad priora iura, quæ præambula transactionis hora sibi competeant, & id negari non poterat, sed transactio ponenda erat ad partes, perinde, ac si non esset in rerum natu- ra; Si autem volebat uti transactio, atque ex hoc aliquid jus deducere, per necesse docere debebat de illius validitate, quæ verè non aderat, quoniam (quidquid in hac materia transactiois exteri se involverint,) in Curia extrà contro- versiam est hodie, ut exceptis casibus supra recensitis, transactio super bonis, vel iuribus Ecclesiæ, veniat sub gene- re prohibita alienationis, atque cadat sub dispositione Extravag. Ambrosiosæ, iuxta allegatas auctoritates, supra disc. 1. ac in aliis.

Hoc autem positò, nil refert, an ille colligitans qui trans- actionis imitatur, bonum jus foret, ad eum transactio dici- cal valeat Ecclesiæ impugnant potius utilis, quoniam ad validitatem copulative requiruntur solemnitas, & causa, nequæ, sine altera sufficit, ut sepius in precedentibus, ideo- que sicut ubi adest solemnitas, & non adest causa, illa nihil prodest, ita è converso, ubi adest causa, sed non adest sole- mnitas, quoniam ex duobus copulative desideratis, sufficit quod unum deficiat ad actus invaliditatem, & consequenter præteritum bonum jus, (quod tamen discussum non fuit) percutiebat solum causam, quæ etiam in casu adhibite sole- mnitatis necessaria erat; Atque ita credo iudicatum pro cõ- firmatione primæ sententiæ; Sed est incertum pro consueto tylo Advocatorum, quia causarum curam non habent.

BISINIANEN. TERRATICI
PRO CLERO CASTRI SANGTÆ
SOPHIÆ
CUM EPISCOPO.

Casus disputatus coram A. C.

De eadem materia transactiois initæ inter personas ecclesiasticas, & inter Episcopum, & subditos super iure incorporalis, quod importat servitutem an cadat sub Extravag. Ambrosiosæ: Et aliqua de possessio in hac materia.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quando beneplacitum Apostolicum reservatum præ- cisè debeat intervenire, distinguatur.
- 3 Transactio etiam super iuribus incorporalibus, & cum ecclesiasticis est prohibita.
- 4 Nil refert adest causam, si non adest solemnitas.
- 5 De dilemma circa usum transactiois.
- 6 Obligatio ecclesiasticorum non colendi extra territorium importat formalem servitutem.
- 7 De ratione, ob quam colentes extra territorium, tenentur solvere responsonem Domino territorii colendi.
- 8 Impositio servitutis est alienatio prohibita.
- 9 Extravagans Ambrosiosæ, insicit etiam in possessorio.
- 10 Limitatur ubi sit dubium an dictæ Extrav. dispositio in- tret necne.
- 11 Quod laici exigant decimas ob possibilitatem, quod sint temporales.
- 12 Quando Dominus laicus exigat decimas, & responsones etiam ab ecclesiasticis.
- 13 Declaratur quando sola possibilitas tituli legitimi sufficiat in possessorio.

D I S C. XVIII.

Cum occupata per Turcas Albania, aliqui ex illis po- pulis, derelictis patris sedibus, per mare Adriaticum, vel Ionium, ad Regnum Neapolitanum appulissent, atque in quamplurimum Civitatum, vel Oppidorum territorii, ob eorum amplitudinem capacibus, castra tanquam per quandam colonie speciem construxissent, ique præter- contigerit in territorio Civitatis Bisinianæ, in tenuta nuncupata S. Sophiæ, qui ex concessione Regum, vel Principum Bisiniani spectans Baronem; Atque, five de iure, five de facto, usus inoleverit, ut huiusmodi Albanenses dicti loci incolæ, ubi dictæ tenetæ, seu territorii fines egrediendo, aliena territoria colerent, tenentur adhuc solvere quandam pensionem, seu terraticum, vulgò nuncupatum extra territorium; Hinc Episcopus, ean- dem pensionem habere cepit contra ecclesiasticos, qui extra dictum territorium alias terras colerent, exortique proinde controversiis, eisque delatis ad Sac. Congregationem Immunitatis, non expectata decisione, de anno 1642. sub reservatione beneplaciti Apostolici, devenum est ad transactioem, cui tractu temporis nolentibus acquiesce- re novis clericis, & presbyteris, qui in ea non intervenerant, denno lis instaurata fuit (foran ex eisdem Sac. Congregationis scripto) coram A. C.

Ex parte autem Episcopi, suspensio petitorio, princi- paliter instabatur in possessorio retinendæ, quod man- tentionis dicimus, & probatam exactioem à pluribus ecclesiasticis, fundamentum quoque constituendo in di- cta transactioe ad possessionem colorandum; Atque opo- nente clero reo convento de dictæ transactiois inva- liditate ex defectu beneplaciti Apostolici, replicabatur ex parte Episcopi, cum distinctione in iure vera, & re- cepta, quod ubi per clausulam, & non aliter &c. vel æqui- pollentem, non constat de enixa, & præcia intenzio- ne partium illud desiderandi pro conditione, reservatio intelligitur, quatenus de iure requiritur; Clarior verò ubi clausula, quatenus de iure, adiciatur, ut ita distin- guendo cæteris relatis apud Gregor. & Add. decif. 192. Buratt. & Adden. decif. 374. & habetur sub tit. de feud. discurs. 710. & 37. & frequentes alibi, cum fit distinctio hodie receptissima non admittens controversiam; Et con- sequenter dicebant pro eo Scribentes, quod cum Epi- scopus esset in hac anti qua possessione probata per attec- tatio-

stationes, ac etiam per librum Mensæ episcopalis, qui pla- tea vulgò dicitur, dicta transactio upotè continens potius recognitionem veritatis, & bonæ fidei, quam alienatio- nem, vel novi juris concessioem, alia solemnitate non indigebat.

Quatenus igitur pertinet ad hunc punctum validitatis, vel invaliditatis transactiois; Scribentes ego pro clero, deduce- bam eandem auctoritates, quæ habentur disc. proxime præced. ad probandum, quod quidquid Scribentes variave- rint, in Rota, & Curia omnino receptum est pro regula, (limitanda solum in casibus ibi recensitis,) ut transactio, five fiat super bonis, & rebus corporalibus, five super iuri- bus incorporalibus, & quamvis inter ecclesiasticos, dicatur species prohibita alienationis, atque cadat sub dispositione Extravag. Ambrosiosæ; Et propterea, cum ad istius Consti- tutionis limites hodie receptissimum, ac planum sit copu- lativè requiri solemnitates, & causam, nil refert præter- sum bonum jus, quod transactioem utilem, ac alteri parti proficuum reddat, cum exinde resultet solum causa, quæ sola non sufficit, nisi accedat quoque solemnitas, & è con- versò; Ideoque intrat dilemma, de quo eodem disc. præc. & quod in præsentia quoque faciebam, quod, aut in transactio- nem fundamentum constituitur, & ex ea aliquid jus, vel actio deduci prætenditur; Aut non; Si non, adeoet ex sol- lis antiquis iuribus præambula transactiois hora compe- tentibus veniatur, & de illa non est agendum, perinde, ac si non esset in rerum natura; Si verò in ea fundamentum aliquid constituitur, atque ex ea aliquid jus deduci præ- tenditur, & tunc de validitate docere oportet.

Absolutum verò esse dicebam, ut ista transactio caderet sub dict. Extravag. dispositione, dum per eam, sub sola re- compensa cuiusdam facultatis pascendi, inducatur for- malis servitus in clero, & ecclesiasticis erga Episcopum, consideratum tanquam Baronem, ac Dominum tempora- lem, ut tanquam coloni glebe adscripti, eandem glebam delerere non possent, atque deserendo, tenerentur solvere eandem responsonem, ac si colerent, tanquam per speciem illorum damnorum, & interesse, de quibus pluries sub tit. de usuris, & interesse, & sub altero de cambis, debendorum per eum, qui aliquid sciendum in se suscipit, vel promittit, non adimplendo, potius ex non facto, quam ex non dato, & tan- quam ad interesse mandati suscepti, & non impleti, teneat- ur ad totum id, quod interest implementum sequatur esse. Ideoque est inductio formalis servitutis colonicæ, seu adscripticiæ, impediens naturalem libertatem, quam non dubitatur esse formalem privationem alienationem venien- tem sub d. Extravag. dispositione, quoties non alicui per- sonæ in particulari, sed tot corpori Ecclesiastico Cleri in perpetuum adiciatur, dum ex insinuat (supra disc. proxime præced. ac etiam disc. 1. & alibi, non minus in alienatione bonorum corporalium, quam in illa iurium incorporalium, ac in impositione servitutis, alienandi prohibito procedat, ideoque hic punctus invaliditatis transactiois omnino pla- num videbatur, quamvis cum Episcopo tanquam Episcopo, & super iuribus Ecclesiasticis transactum esset, ut disc. præ- ced. ubi de auctoritatibus, multò magis ubi cum eodem tanquam domino temporali.

Quatenus verò pertinet ad possessorium; Cum ego (ex parte cleri rei conventi deducere veram, ac receptam con- clusionem, de qua d. disc. 1. cum ibi allegatis, & alibi, quod ob decretum irritans in dicta Extravag. contentum, infi- ciatur etiam possessio, quæ propterea non amitti, vel respec- tivè non transferri dicitur, ex ibi allegatis; Scribentes pro Episcopo, non negantes regulam, deducebat limi- tationem pariter receptam, eodemque disc. 1. & alibi insinuatam ut id procedat quando certum est, quod versemur in casu prohibita alienationis, ac propterea extra contro- versiam intrat dictum decretum irritans, quod huiusmodi operationem faciat, secus autem ubi dubium sit, quoniam pendente discussione, an decretum prædictum intret necne, interim possessor sua possessione privandus non est.

Itum verò dicebant per Episcopum, vel ejus auctorem in hoc territorio receptus esset, ita sub hac lege recipi potuit, colendi prædia, & terras Episcopi, easque non deleren- di, quodque in casu desertionis, ad dictam præstationem tanquam damna, & interesse ut supra teneretur, istaque possibilitas in petitorio iustificabilis sufficeret.

Ad quod probandum deducebant ea, quæ cæteris relatis habentur firmata per Rotam apud Gregor. decif. 404. & in Taurinen. decimarum 23. Junii 1664. coram Bourlemon- te, ut quamvis laicus sit incapax exigendi decimas spiritua-

les, ideoq; ob vehementem juris resistentiam, sola possessio sine iustificatione tituli non suffragetur, nisi ea sit imme- morabilis, cuius vigore Apostolicum privilegium, vel qui- cumque alter melior titulus allegari potest; Adhuc tamen, si de possessione (praesertim temporis confiderabilis) taceat, manutendendus est, ob possibilitatem, quod non essent decimæ spirituales, sed temporales tanquam species pensionis, seu responsonis in recognitionem domini; Sic à pari.

Admittebam ego hanc theoriam in suis casibus veram, ex iis, quæ habentur deducta sub tit. de decimis in eodem Taurinen. me scribente edita, ac etiam in Cassanen. decime eod. tit. five etiam sub tit. miscellanen. de clericis coramque immunitate, ut scilicet agatur de solutione oneris realis, quod referri valeat ad dictam causam pensionis, vel responsonis ratione cultura territorii, cuius ipse Baro esset dominus in universum, iuxta eam domini speciem, de qua habetur pluries sub tit. de Regal. praesertim discurs. 50. & 246. & sub tit. de servitut. disc. 35. & 36. & alibi, cum tunc non sit exigere munus laicale ab ecclesiasticis, sed sit exi- gere quamdam portionem dominicalem ex cultura territo- rii, cuius Baro habeat directum dominium universale, particu- lare verò habeat dominium subalternum tanquam per speciem coloniz. ex deductis locis citatis, & consequen- ter hec sola possibilitas sufficere debeat, ut possessor interim in sua possessione sit manutendendus, cum dictus possidendi titulus nullam habeat juris resistentiam, sed potius assi- stentiam, neque agatur de exactioe onerum laicalium ab ecclesiasticis, sed quod isti volentes colere terras, quæ sunt de alieno dominio solvant domino pensionem, vel domini- calem portionem, in qua ecclesiastica immunitas nil com- mune habet.

Negabam tamen, etiam in sensu veritatis, applicationem ad hanc facti speciem, dum non agebatur de aliqua præstati- one reali, seu occasionali ob culturam proprii territorii, pre- feribili ad dictum titulum pensionis, seu portionis dominica- lis, sed de onere merè personali, & tanquam fructus di- ctæ servitutis, seu prohibitionis non colendi aliena territo- ria, unde dicta possibilitas non intrabat.

Et quamvis replicaretur quod adest possibilitas dictæ conventionis ab initio habite in actu recipiendi cum bene- placito etiam Apostolico; Attamen ista sola vaga, & gene- ralis possibilitas, quæ saltem non munita sit extrinsecis effi- caciis adminiculis, quoties ipse actus de per se ex sui facie resistentiam habet, ad id sufficiens reputanda non est, quoniam ubique Dominus, vel Magistrus secularis onera laicalia, personalia, vel mixta à clericis, & ecclesiasticis per aliquod tempus de facto exigeret, ita sub hac vaga, & generica possibilitate Apostolice indulg. manutentionis præ- tendere possent, cuius tamen contrarium, passim, ac extra controversiam receptum est, dum per Bullam Genæ, quæ singulis annis publicatur, quæcumque possessio inficitur, neque ea possessio, quæ vehementem habet juris resistentiam, abque iustificatione, vel saltem vehementi modo tituli legitimi est manutendibilis, ex collectis apud Posth. in hoc tract. de manuten. observ. 44. num. 14. & seq. ubi con- cordantes.

VALENTINA CONCORDIÆ
PRO PROVINCIA S. JOANNI
BAPTISTÆ

CUM PROVINCIA B. PETRI DE ALCAN-
TARA MINORUM DISCALCEATORUM.

Casus disputatus in S. Congregatione Episcoporum, & Regu-
larium, incertus est exitus.

De eadem materia transactiois, vel concordie cadentis, necne sub Extravag. Ambrosiosæ, ubi fiat super divisione Conventuum inter provincias ejusdem Religionis incapax possidendi bona etiam in com-
muni, an dicta incapacitas operetur exemptionem à dicta Extravag. dispositione.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quod transactio sit alienatio prohibita.
- 3 Prohibitio alienationis non procedat in bonis Religionis incapax retinendi.

- 4 Declaratur quando id procedat.
- 5 Et de alia declaratione.
- 6 Quod domus Religioſum incapacium ſint de dominio Ecclēſie univerſalis.
- 7 Diſpoſitio Extravag. Ambitioſe, non procedit in quaerendis.
- 8 Quod non acquirere non ſit alienare.
- 9 Quod Sacra Congregatio procedat cum regulis prudentialibus.
- 10 An inter matricem, & ſubalem deſur inaequalitas diſtinctionis.

D I S C. XIX.

CUm ob itineris longitudinem, & incommoditatem, nimum diſcile, ac incommodum redderetur, ut Minitur Provincialis provincie Sancti Joannis Baptiſtae Minorum diſcalceatorum Hiſpanie, integram provinciam ſingulis annis peregrare, ac viſitare poſſet, ob inſtitutum id agendi pedereſt, hinc Alexander VII. ad preces Regis Catholici, ac ejuſdem provincie antiquae, ac matrici S. Joannis Baptiſtae 27. conventus exiſtentes in Regno Valentiae, ac etiam in altero Muſſae, alteri autem provincie novae ſeu filiali ſub Invocatione B. Petri de Alcantara novem alios conventus exiſtentes in Regno Granatae, ac partim in dicto Muſſae, & Camque ſuper executione literarum Apoſtolicarum controverſae exortae eſſent, quia plerique Religioſi diſtam diſtinctionem impugnant, ad eundem Pontificem recurrere petierant, hinc proinde, ut dicta diſtinctio eſſetum fortiretur, deventum eſt ad concordiam, per quam, nova provincia filialis, dimiſit antiquae unum ex novem conventibus ſibi aſſignatis, illum ſcilicet ejuſdem Civitatis Muſſae; Verum eadem nova provincia huiusmodi concordiam impugnant, ac ſe opponente, ne per Apoſtolicam Sedem approbaretur, introducta ſuit cauſa ex reſcripto Papae in Congregatione Episcoporum, & Regularium, ad effectum conſulendi, (juxta ſtylum) an ea eſſet confirmanda, necne, vel potius, quod ea improbat, ſervari deberet diſtinctio ad litterarum Apoſtolicarum praſcriptum.

In hac autem diſputatione habita in Sac. Congregatione, cum per oppoſitores fundamentum conſtitueretur in recepta conſuſione, de qua ſupra diſcuſſ. preced. & ſapienter, ut tranſactio dicatur ſpecies prohibita alienationis, ideoque cadat ſub diſpoſitione Extravag. Ambitioſe, quamvis inter Eccleſiam, vel eccleſiaſticos agatur, & de iuribus incorporalibus.

Scribens ego pro concordiae validitate, eaque ſubſtinenda non negabam dictam conſuſionem utpote hodie receptiſſimam, & indubitatam quoties non intret cauſa limitatus, fed conſtituebam fundamentum limitatione cadente non ſolum in tranſactione, ſed in quacumque etiam vera, & propria alienatione ipſorum bonorum, ubi ſcilicet agatur de incapacibus retinendis bona, vel jura alias inalienabilia, ex deductis per Quarant. in ſumma Bullar. verbo alienatio bonorum Eccleſiae n. 41. Barboſ. de Episcopo allegat. 95. n. 59. Durad. de cenſ. 5. 1. queſt. 22. n. 53. cum aliis ſupra diſc. 1.

Quamvis autem iſta conſuſio in cauſa ſua vera ſit, eamque Advocati more in hac diſputatione, nimium exaggerare, ac exornare curarem; Attamen reſpectu ad veritatem, agnoſcebam fallaciam claram eſſe in applicatione; Reſpondeo huiusmodi procedit in alienatione bonorum, vel iurium fructiferorum, quorum retentio mendicanti per Minores profeſſatae adverſatur, unde propterea alienatio, nedum licita, ſed conaturalis, ac neceſſaria eſt, retentio autem illicita, iſtaque eſt ratio, cui conſuſio inſtituitur, cum tam Minores obſervantes, quam domus profeſſae Societatis Jeſu, ac ſimiles non profeſſantes eam ſtrictio remobſervantiam, quam profeſſentur Capuccini, vel illi Obſervantes, quos Reformatos dicimus, ſint quidem incapaces ad retinendum in redditu, ex quo certi de victu reddantur, non autem incapaces ad acquirendum, ut vendant, ac pretium in alimentum alioque neceſſaria convertant, ut in ſua materia ſub tit. de Regularib. ac etiam ſub tit. delegati.

Id autem non congruit, ubi agatur de diſmembratione alicuius conventus, ſive de eius alienatione, quoniam iſta non ſunt de illis bonis, vel iuribus, quae ad ſolum effectum vendendi, non autem retinendi, acquiri poſſunt, fed ſunt bona, vel jura de ſui natura perpetua, & inalienabilia, & confequenter abſque dubio cadunt ſub neceſſitate beneplaciti Apoſtolicum.

Quinimo fortius, iſta bona Eccleſiarum, vel Religioſum incapacium, & quorum alienatio non cadit ſub diſpo-

ſitione Extravag. Ambitioſe exigunt voluntatem Papae, ſiquidem ut ad veritatem in dicta ſua materia ſub tit. de Regularibus ex diſpoſitione textus in c. exiſt. de verborum ſignif. in ſexto, & Clement. exiſt. de paradiſo eodem tit. ob omnimodam huius Religioſum incapacitatem habendi dominium, vel poſſeſſionem, ipſae Eccleſiae, & Domus, ſeu Conventus per poſſeſſionem, ſunt in dominio Eccleſiae univerſalis, ac Papae; Igitur multo magis iſto cauſa neceſſarium eſt beneplacitum Apoſtolicum, non tamquam ſolemnitas, vel habitativa facultas Eccleſiae domine, ut ejus bona, vel jura alienare valeat per quamdam remotionem obſtacula ſa crorum canonum, dictaque Extravag. diſpoſitione reſultantis, ſed tamquam pars naturalis, ad ſubſtantialis contractus, in quo Papa tamquam dominus, alienantis, ſeu contractentis perſonam gerere dicitur, ideoque, ut dictum eſt, conſuſio eſt vera, ſed male applicata ad cauſam, ut adeo frequenter in hac facultate contingit, ubi praſentem cum Conſultatione auctoritate procedatur.

Solidum autem, ac probabile videbatur alterum fundamentum conſtitutum in alia recepta limitatione, de qua diſc. proxime ſeqen. & diſc. 1. cum ibi deducis, ut diſpoſitio dictae Extravag. non procedat, ubi agitur de quaerendis, & adhuc Eccleſiae non incorporatis, quoniam non quaerere, non eſt alienare neque proprium patrimonium diminuire, quamvis etiam non acquiſitio ſequatur per viam tranſlativae ceſſionis, vel renunciationis, quae per neceſſarium antecedens, ex legis ſiſione ſupponit agnitionem, vel acquiſitionem, quoniam haec tamquam inſtantianea, in propoſito non attenditur, juxta receptam conſuſionem 507. Putei lib. 2. cum aliis diſc. ſeqen. ac diſc. 1.

Et hic erit cauſa, quoniam cum adhuc nova provincia in eſſe producta non eſſet, neque corpus diſtinctum conſtitueret, ſed res eſſet in fieri, ſuper novi corporis eſſormatione, hinc proinde dimiſit unum ex conventibus aſſignatis, ſeu deſtinatis, non ſuit alienare id quod habebatur, ſed minus quaerere, imo utiſter agere, ut plus acquireretur tamquam per medium profeſſum, quo mediante reſultet eſſormatio dicti novi corporis, & acquiſitio octo aliorum conventuum pertinentium ad antiquam provinciam, quae ita potius alienationem, ac diſmembrationem patiebatur tam pro conventibus jam erectis, & actualiter poſſeſſis, quam pro habituſi novis fundandis, & erigendis intra fines novae provinciae aſſignatos; Et confequenter termini alienationis, ſive Extravag. Ambitioſe, extranei remanebant ad cauſam, quamvis ſcribentes ſuper tranſactionis impugnatione penē volumina deſuper conſiderent quaſi per ſpeciem tranſactionis huius materiae alienationis bonorum Eccleſiae juxta frequentiore ſuper ſtylum ſtylum, qui hodie adeo irrepreſit.

Quaeſtionis enim viſi reduebat potius ad regulas prudentiales, quae poſitiſſimum in hac Congregatione Episcoporum, & Regularium dignae, ac rationabiliter attendi ſolent, an ſcilicet congruum eſſet iſtum conventum dimittere antiquae provinciae, contra aſſignationem, ſeu deſtinationem jam factam necne.

Si enim poteſt Eccleſia non acquirere per renunciationem abſentivam, per quam tollendo ſe de medio, locum aperiat alteri, ut acquirat, quinimo, ut ſupra, etiam per inſtantianea acquiſitionem, ac diſmiſſionem in alterum, ejus jura tranſferre, multo magis, & abſque principio dubitandi, vel non acquiſitio, ſeu abſentio non cauſet translationem, vel novam acquiſitionem in altero, fed continuationem in priori domino, ut minus amittat, minorumque ſciſſuram, ſeu diſmembrationem patiatur.

Inſiſtebant quoque nimium ſcribentes pro nova provincia ſuper magna inaequalitate diſtinctionis alias reſultante, ut ex 36. conventibus una haberet 28. & altera 8. tantum, ut replendo in aniter chartas cum iis, quae ſuper diſtinctionis equalitate deducta habentur Novarien. diſtinctionis parochialium ſub tit. de parochis diſc. 33. & in primis deſiſionibus in ea cauſa editis, ibique recentis; Verum hoc pariter continebat aequivocum clarum, ac improbum laborem extra propoſitum, quoniam id procederet, quando fuſſent ab initio duae diſtinctae provinciae, quodam ſociativo, ſeu communione coequali jure ſimul unitae, ad quarum diſtinctionem deinde deveniretur, ſecus autem ubi una ex juſta cauſa ſat diſmembratio, ut nova filialis erigeretur juxta diſtinctionem, de qua d. diſc. 33. de parochis, ac juxta ea, quae ad materiam Extravag. Saluator habentur in Burgen. erectionis ſub tit. de praem. diſcuſſ. 6. in propoſito erectionis novae Cathedralis, ac diocaeſis mediante diſmembratione alterius diocaeſis ob ejus amplitudinem; Proſus enim ineptum eſſet dicere, ut Eccleſia noviter erecta, aequalitatem cum antiqua, & matric

triae praetendere deberet, unde in dies edocemur, quam inſpidus, ac damnabilis ſit modernorum Juristarum abuſus chartas inanimiter extranei conſuſionibus, & auctoritatibus omnino extraneis a puncto quaſtionis, illum non tangendo, & tamen frequenter legale vicium vulgus ad id principaliter reſpicere ſolet, non curando reſpectere, an ea, quae dicuntur, faciant ad cauſam, necne, quo nil abſurdius, nihilque ineptius.

**T H E A T I N A H E R E D I T A T I S
I N T E R M O N A S T E R I U M M O N I A L I U M
S A N C T I A E C L A R A E,
E T P P. S C H O L A R U M P I A R U M.**

Reſponſum pro veritate ad petitionem Archiepiscopi.

De materia renunciationis juris quaerendi, ſeu repudiationis hereditatis, vel alterius juris delati, an fieri poſſit per Praelatum, & quomodo: Et an intret prohibito Extravag. Ambitioſe, &c.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**Adiſeries.
- 2 **P**raelatus poteſt repudiare hereditatem delatam.
- 3 **A**bbas, vel Prior ſine Conventu, ſe Capitulo non praedicta Monasterio.
- 4 **P**oteſt etiam Praelatus repudiare hereditatem nulliter delatam.
- 5 **M**onasterium ſuccedit directe, & immediate in ſucceſſione delata Monacho, & de contraria opinione legiſtatur.

D I S C. XX.

Super libera hereditate Franciſci Antonii & fideicommiſſaria Alexandri patris, qui ſubſtituerat Domum, ſeu Conventum Scholarum piarum, plures exortae fuerunt controverſae inter dictum Conventum, & monasterium Sancti Clarae Civitatis Theatin. ex perſona Eleonora fororis, ac filiae reſpective, ibi profeſſae, tam ſuper renunciatione per eam facta ante diſpoſitionem, quam ſuper ſeminatam comprehensione ſub fideicommiſſo, ſtante quod ſeminatae poſtae erant in conditione, quatenus carnaliter nuberent, ac etiam ſuper quadam repudiatione facta per dictam Eleonoram alias Mariam Antoniam utrique hereditati; Hinc circa profeſſionem inſta deſuper pro veritate conſultus fui ex parte Archiepiscopi, ut citra laſionem Monasterii tractatam concordiam concludere poſſet, incertum tamen eſt, quid inde ſequatur ſit; Cumque tam ex parte dicti Conventus, quam aliorum conſundorum de dictis hereditatibus quoque contententium, magnum fundamentum conſiſtit videretur in dicta repudiatione facta per Monialem cum praesentia, & conſenſu Abbatiae, ideoque major inſtantia eſſet ſuper hoc puncto, in quo poſitiſſimum inſiſtebatur; Reſpondi laudando concordiam, ob diſcultates ex aliis punctis reſultantes, quatenus vero ad iſtam pertinet, dixi eam omnino contemptibilem videri, atque in nulla ratione habendam eſſe.

Quamvis enim magis communis, & recepta ſit opinio, ut Eccleſiae Praelatus, vel administrator abſque ſolemnitatibus per factos canones, vel Extravag. Ambitioſe requiſitis in alienatione bonorum Eccleſiae, poſſit repudiare hereditatem delatam adhuc non aditam, quoniam non eſt alienare, ſed non acquirere juxta conſ. 9. Federici de Senis, Roman. conſ. 184. ubi in puncto de renunciatione facta per Abbatissam Lap. alleg. 25. cum aliis relatis per Gratian. diſcept. 568. n. 51. & ſeqen. & pluries Rota in deſiſionibus relatis per Aden. ad Burat. deſc. 773. dec. 313. par. 12. rec. num. 4. & ſupra diſc. 1. inter limitationes datas ad diſpoſitionem dictae Extravag. Ambitioſe.

Attamen ultra plures declarationes, quaſita conſuſio patitur, ea intelligenda venit cum terminis habitibus, ut ſcilicet actus ſequatur eo modo, quo quilibet alter contractus indiſſerens, ac licitus ſequi debet, non per ſolum Abbatem, vel Praelatum ſine conſenſu Conventus, ſeu Capituli, cum in 3. in gravibus, ac praedictis habitibus, ſolus Abbas abſque Conventu, vel Capitulo nihil facere valeat Calder. conſ. 5. n. 1. de conſiſ. Seraph. dec. 1278. n. 3. dec. 480. n. 4. p. 1. rec. 203. n. 10. p. 7. cum concordantibus collectis per Aden. ad dec. 14. p. 3. rec. n. 38. & in ſua materia ſub tit. de Regularib. ac etiam ſub tit. de credito occasione agendi, an & quando mutuum factum Abbat, vel Priori obliget monasterium; Atque cum hoc praepoſito procedat Lap. d. alleg. 25. &

Rom. d. conſ. 184. & alij, ut ſcilicet repudatio hereditatis, vel alterius juris delati facta ſit, non per ſolum Abbatissam, ſed etiam capitulariter per totum Monasterium, & cum hoc praepoſito procedit in dicta dec. 312. p. 12. rec. in qua, me ſcribente, edita, fortius firmatur, ut non ſolum liceat repudiare hereditatem delatam, nunquam aditam, ſed etiam eam, quae agnita fuſſet, fed nulliter, ſive ſub diverſo praepoſito, quod deinde erroneum, ſeu minus verum detectum ſit, puta quia eſſet hereditas ab interſtato, quae ita ſine legatorum, oneribus locuples remaneret, poſtmodum vero detectum eſſet teſtamentum quamvis in eo inſtitutus eſſet idem inteſtatus ſucceſſor, ita per legata, & ſubſtitutiones operatus. Sive quod ex eodem non erroneo titulo reſtati, vel inteſtati, in conſulto, ac ſine debitis ſolemnitatibus, & requiſitis facta eſſet aditio hereditatis, quam detectam debitis, ac litibus oneratam, vel intricatam, Monasterio non expediret habere, ſed potius alteri cedere, qualis erat cauſus in d. dec. 313. p. 12. cum patia ſint nullum, & nihil, quodque, vel nullatenus, vel male aditio facta ſit, cum ad effectum, ut intret alienandi prohibitio, requiratur perfecta, & valida acquiſitio, & incorporatio bonorum.

Omnino autem contemendam eſſe dixi repudiationem factam ab ipſa Moniali, quoniam juxta opinionem Canonistarum in Curia Romana paſſim receptam, ad eundem non admittat amplius controverſiam, monasterium in bonis, ac iuribus monacho delatis, directe, ac immediate ſuccedit jure ſuo independentem perſona ipſius monachi, ſeu religioſi, cujus contrarium voluit Legiſtae, ex plenē deductis pro utraque ſententia per Rovit. deſc. 44. Apont. conſ. 39. & 40. Cavaler. deſc. 346. n. 1. Burat. & adden. deſc. 394. & Rota frequenter, ut pluries in ſua materia ſub tit. de ſucceſſion. & ſub altero de renunciat. ac etiam inſinuat ſub dicto tit. de Regular. Iteoque inſectio actus in hac facti ſpecie non proveniebat ad diſpoſitionem Extravag. Ambit. ex eo quod ageretur de prohibita alienatione, ſed ad defectu poteſtatis perſonae, quamvis de ſimplici contractu indiſſerenti ageretur, qui ſub dictae Extravag. diſpoſitione, vel prohibitione non caderet.

**B O N O N I E N. F I D E I C O M M I S S I
P R O J O S E P H O D E N I G R I S
C U M M O N A S T E R I O S. P R O C U L I.**

Cauſa diſputatus in Rota ſub incerto exitu.

An compromiſſum factum per Eccleſiam cadat ſub diſpoſitione Extravag. Ambitioſe: ac impoſitum dicatur prohibita alienationem, ad eam requirantur, ſolemnitas, & cauſa, necne.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**Adiſeries.
- 2 **U**bi alienatio eſt nulla competit Eccleſiae etiam interdictum poſſeſſorium retinenda.
- 3 **C**ompromiſſum eſt ſpecies prohibita alienationis, & cadit ſub Extravaganti Ambitioſe, in bonis Eccleſiae.
- 4 **Q**uid in feudis remiſſe.
- 5 **P**rocedit ubi ſtat ſuper bonis, vel iuribus alienari prohibitis.
- 6 **I**tem in compromiſſo voluntario ſecus autem neceſſario.
- 7 **V**el in alio factio ex voluntate ſeu precepto reſtorari.
- 8 **D**e eodem, & an debeat eſſe preceptum poſitivum, vel ſufficit ſimplex voluntas.

D I S C. XXI.

Augustinus de Nigris poſſeſſor bonorum ſtabilium, que ſciebat reſtitutioni obnoxia, in viſi fideicommiſſi ad favorem Joſephi fratris, haereditate inſtituit Monasterium S. Proculi, injungendo, ut ad reſtitutionem procedi non deberet, niſi praevia ſententia Judicis competentis, vel laudo alicuius arbitri, liquidarentur, ac ſatiſſerent alique detractioes, quas ſibi competere praetendebat, unde ſequuta eius morte, inſitum ſuit compromiſſum, editoque laudo, in ejus executionem, bona dictio Joſephe reſtituta fuerunt; Poſtmodum vero praetendens Monasterium ſe eſſe gravatum, obtinuit in partibus in prima inſtantia manuteneri in poſſeſſione dictorum bonorum, dictaque manutentione revocata per iudicem appellationis in eadem Civitate devalu-

causa ad A. C. hic adherendo iudici primae instantiae, mantentionem Monasterio concessit, unde commissa fuit per Signaturam causa in Rota coram Verosio, cum facultate mantenendi, quem de iure, ad cuius rescipi normam dandum est, & cui dandum esset mandatum de manutenendo, do, eoque disputato sub die 13. Junii 1656. incertum est, quid resolutum fuerit; Credo tamen, quod mandatum esset, ut fieri de bono iure, ut frequens moderna praxis docet, quodque post modum concordia causae finem dederit, cum amplius de illa actum non audierim, nisi defensores mutaverit, ut saepe contingit.

In disputationibus autem habitis, primò in Signatura, & deinde in Rota, inter plura fundamenta, quae ex parte dicti Monasterii deducebantur ad probandum dimissionis bonorum nullitatem, qua posita, de consequenti resultabat, ut ratione civilis possessionis, ita non amissae, exercibile esset hodie magis practicum interdictum retinenda, iuxta ea, quae habentur *disc. 1. & alibi*.

Erant illud, nullitatis dicti compromissi ob defectum beneplaciti Apostolici, dum ex magis communi, & recepto sensu DD. illud reputata inter prohibitas alienationes cadentes sub dispositione *Extravag. Ambrosiae*, eodem modo, quo transactio cuius speciem ipsum compromissum, vel acceptatio laudi habere dicitur Zabarel. *conf. 95. n. 6. Rom. conf. 175. n. 3.* cum concordantibus per Blanch. *de compromiss. p. 1. q. 2. n. 8. & 9. & 36. n. 2.* & per tot. Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. de clerico debitore §. 6. n. 6. Rot. in Papien. mantentionis 13. Martii 1654. coram Peutingero dec. 480. n. 1. p. 1. rec. & sequens.* Et habetur deductum sub titulo de *iurisdictione in Asironen. disc. 7.* ac in decisionibus in ea causa editis coram Cerro, & aliis ibidem enunciatis.

Non negabam ego Scribens pro Josepho veritatem dictae conclusionis, de qua in aliis terminis alienationis bonorum feudali, ea rationis identitate habetur actum sub titulo de *feudis disc. 49.* Dicebam tamen, in hac facti specie duplicem cadere limitationem, Primò scilicet, quod cum haec sit alienatio facta, vel indirecta, maiorem prohibitionem habere non potest, quam vera, & directa merè, & voluntaria venditionis, ideoque intelligenda est de commisso illicito super bonis habitibus, seu alias alienati prohibitis, non autem ex super iis, in quibus dicta prohibitio non cadat, ut patet ex eisdem supra allegatis, & passim, cum alias nulla cadat ratio dubitandi.

Et hic erat casus, quoniam non dubitabatur, an bona spectarent ad fideicommissum, ideoque restituenda essent, neque Monasterium dicto iure hereditario aliquid ius dominii habebat, sed solum habebat jus detractionum potius accidentalium ratione artis alieni soluti, ac melioramentorum, quam legalium importantium quòtā in dominio, ideoque huiusmodi detractionum ius importabat purum creditum pecuniarium, non cadens sub dicta *Extravag. disputatione* iuxta ea, quae habentur supra *disc. 1.* ubi de pluribus distinctionibus, quando pecunia, seu nomina debitorum sub hac prohibitionem cadant.

Et secundo, ut id procederet in compromisso merè voluntario, non autem in necessario, quod ex Statuto Ecclesiae obligatorio, vel ex iudicio testatoris facere oporteat, ut est sensus omnium supra deductorum supra regula, & non negabant Scribentes in contrarium, replicantes solum id intelligendum esse, ubi accederet praecipuum, ut in praesenti; quod testator non praecipuerat, ut compromissum fieri deberet, sed solum praesupponeretur, disponendo quod bona restitui non deberent, nisi prius per iudicis, vel arbitri sententiam dictae detractionis fierent.

Verum in sensu etiam veritatis, credebam hanc responsionem non subsistere, quoniam cum verus sit ex supra deductis *disc. 1.* ipsammet expressam, ac directam alienationem licitam reddi posse ex voluntate eius, quò in Ecclesia bona obveniant, ex deductis supra *disc. 1.* ex ea clara ratione, quod ita agitur de bonis cum tali lege quaesitis, adeòque dicitur qualitas ipsi bonis impressa, priusquam Ecclesiae acquirerentur, & consequenter non requiritur ea praesidia necessitas, quae resultat à praecipuo coactivo, sed sufficit, ut constet de voluntate, quae ita clara remanebat, quamvis opus non esset ex professo huiusmodi limitationem disputare, dum ex alia, ut supra, magis de plano difficultas cessabat; Ideoque Scribentes pro dicto Monasterio magis insistebant in quibusdam aliis dicti laudi nullitatibus, in facto potius consistentibus, super quo partes erant causae Patroni de illis agere, dum Advocati in Curia, ex nimium commendabili stylo tanquam J. C. de iure tantum respondentes, in his non se ingerunt.

ROMANA CAPPELLAE PRO JOSEPHO COSTA CUM PROCURATORE FISCALI VISITATIONIS, ET ALIIS OPPOSITORIBUS.

Casus disputatus in Sac. Congregatione Visitationis Apostolicae, & resolutus pro Josepho.

An concessio, quae fiat in Ecclesia alicui privato pro constructione cappellae, vel sepulturae importet, necne prohibitam alienationem cadentem sub dispositione *Extravag. Ambrosiae*.

SUMMARIUM.

- 1 Adh. series.
2 De duplici persona quae concurrat in Papa tamquam Papa, & tamquam Episcopo Urbis.
3 Quod de consuetudine, Capitulum administrat sine licentia Episcopi Ecclesiam.
4 Ad effectum cappellae, vel sepulturae in Ecclesia, sufficit solus patiens Episcopi, vel Praelati, & de ratione.
5 Concessio sive pro sepultura, vel cappella an fieri possit pro recompensa temporali, & an importet alienationem.
6 Quale ius, vel dominium acquiratur construenti cappellam, vel sepulturam.
7 De alio casu, & quod concessio cappellae non importet alienationem prohibitam.

D I S C. XXII.

Juxta seriem, de qua in hac eadem causa sub titulo de *iurisdictione discurs. 53.* occasione agendi de iurisdictione patronatus competenti, cum Capitulum Basilicæ Lateranensis quemdam situm concessisset Cardinali Sanctorio (S. Severinae nuncupato) occasione visitationis Apostolicae ejusdem Basilicæ, excitata fuit difficultas ex parte promotoris fiscalis de invaliditate dictae concessionis; ut non defectam beneplaciti Apostolici in ratione solemnitatis requisitae in alienationibus bonorum Ecclesiae ad praescriptum *Extravag. Ambrosiae*; Tum etiam ex altero defectu resultante à ratione deficientis consensus ejusdem Papae, ad quem tanquam Urbis Episcopo, contra distinctum à persona Papae, spectabat huiusmodi concessionem facere, in d. Ecclesia tanquam ejus Cathedrali, iuxta eam personarum distinctionem in Papa militante, de qua habetur praesertim sub titulo de *praesent. disc. 1.* & sub titulo de *Regularibus, occasione agendi de puncto firmato in Rota in Romana hereditatis 28. Aprilis 1755. cor. Melio in press. post collationes Bondeni decision. 62.* ut consensus è Papa per organum Vicegerentis praestitus super erectione novi monasterii in Urbe, vel districtu, non importet derogationem Constitutionibus, ab eodem tanquam Papa condecendam.

Quatenus pertinet ad hoc secundum obiectum; Non negabam ego scribens pro Josepho veritatem assumptam in puncto juris, quatenus non assisteret diversis consuetudo, ut ad solius Capituli administrationem ex Papae explicitis, vel implicitis concessionibus huiusmodi concessionem fierent; Ac ulterius dirimebatur quaestio ex facto ob quamdam Apostolicam concessionem, vel approbationem, quae etiam praesumpta allegari poterat ob lapsum longissimi temporis cum observantia fructum, ideoque obiectum remanebat nimis facilis solutio.

Et tamen ad effectum acquirendi ius sepulturae, vel cappellae in Ecclesia, sufficit sola Episcopi patientia deducta ex eo, quod cappellae, & sepulturae existunt in loco patenti, unde Episcopus ignorantiam allegare non potest, ac propterea non dissentus aequipollet consensui certam formam non habenti, ideoque opus non est, ut de illo expressè constet, ut bene advertitur per Rotam *decis. 222. nu. 4. par. 1. divers. Genen. in praxi Archiep. cap. 41. nu. 17.* talisque praxis communis.

Quòverò ad aliud obiectum; Dicebam (etiam in sensu veritatis,) non cadere terminos prohibita alienationis bonorum Ecclesiae, cum difficultas in huiusmodi concessionibus situs pro cappella construenda, vel sepultura, percutiat solum materiam situm pro iure spirituali, vel potius sit, an id, quod solvitur fit iure materialitatis, iuxta ea, quae habentur apud Genuen. in *praxi disc. cap. 41. nu. 16.* Barbos.

in collectan. ad cap. abolenda de sepultur. & de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. de sepultur. n. 16. & seqq. Lotter. de benef. lib. 2. quæst. 4. num. 10. & seqq. Rot. d. decis. 222. par. 2. divers. Add. ad Greg. *disc. 145. n. fin.*

Ratio est clara, quoniam constructores cappellae, & sepulturae in Ecclesia, non dicuntur habere verum dominium, quod adhibetur ab ipsa Ecclesia concedente, ac transferatur in eum, cui fit concessio, unde propterea dicitur sequi actus formalis alienationis, cum licet dicatur quoddam dominium usuale, sonans in speciem cuiusdam jurispatronatus honorifici, ac laudabilis usus privativi sepulturae, dominio remanente penes ipsam Ecclesiam, ut apud Genuen. & Lotter. ubi supra & in dicta decis. 222. par. 1. divers. talisque est communis recepta praxis, atque ita pro possessore cappellae iudicatum fuit.

Ideoque in facti contingencia, cum in quadam conspicua Ecclesia Regulari adesset cappella jam ornari cepta, remanens in statu imperfecto, ob subsequendum mortem, ac deficientiam bonorum ejus, qui construere inceperat, & alter verò petiit fieri illius concessionem ad effectum regulari perficiendi, exorta fuit difficultas apud ipsos Regulares moralis Theologiae particulas professores, an ista concessio redoleret prohibitam alienationem, stante quod non ageretur solum de concessione situs, sed etiam plurium ornamentorum, & cementorum notabilis valoris, quae in opere quamvis imperfecto aderant, quasi quod istorum respectu obita prohibita alienationis; Quare desuper consultus per eisdem Religiosos, censui difficultatem non intrare, ex eadem insinuatam ratione, quod tam cappellae, quam cementorum, & ornamentorum dominium verum, ac proprium non adhibetur ab ipsa Ecclesia, neque transferretur in eum, qui sibi concessio, sed solum id importabat dominium improprium usuale pro quamdam speciem jurispatronatus honorifici; Expediebatur autem concessio nem facere pro ejusdem Ecclesiae ornatu, ac meliori cultu, ut ita opus imperfectum, ad perfectionem, ac meliorem cultum reduceretur, ideoque non agebatur de alienando, & perdendo, sed potius de acquirendo, ita alienando privatos ad erogandum eorum bona in cappellarum constructionem, ornatu, ac etiam donatione pro celebratione missarum, aliorum divinorum, quod in ipsorum Religiosorum utilitatem, ac divini cultus augmentum redundat.

BONONIENSIS CENSUM PRO COMMUNITATE OPPIDI SEU CASTRI S. AGATHAE CUM COMITIBUS DE CAPRARIA.

Casus variè decisus per Rotam.

De alienatione bonorum Civitatis, sive Communitatis, quas exigat solemnitates, vel requisita, ut valida dicatur; Et in specie de validitate impositionis census; Et de causa, quae cum solemnitatibus requiritur.

SUMMARIUM.

- 1 Adh. series.
2 Resolutions causa.
3 De distinctione dominiorum in Communitates.
4 Eorundem bonorum dominium diversis respectibus potest esse penes plures.
5 Potest esse feudum unius & fructus penes alios.
6 De probatione dominii in antiquis.
7 Dominus proprietatis absque fructibus, an possit imponere censum.
8 De requisitis, & solemnitatibus in alienationibus bonorum Communitatis.
9 Impositio census dicitur alienatio prohibita.
10 Quod in alienatione bonorum Communitatis requiritur consensus totius populi in Consilio generali.
11 Contrarium, ut sufficit ille Consilii ordinarii.
12 De ratione, ob quam non convocatur totus populus, sed sufficit Consilium.
13 Ad constituendum corpus universale debent intervenire saltem duae partes ex tribus.
14 De eadem conclusione, ejusque declaratione.
15 Quod abentes debent convocari, & de ratione.
16 Quod in actibus voluntatis omnes consentire debent.
17 De ratione conclusionis, de qua num. 11. & 12.

18 Defectus consilii percutit substantiam non solemnitatem tantum.

19 Communitas habetur jure pupilli, & de ratione.

20 Quando id cesset.

21 Quod majores solemnitates requirantur in alienationibus per Communitates.

22 De majori moderna solemnitate assensus Principis.

23 Nil refert adhiberi solemnitates, nisi etiam concurrat iusta causa, & de ratione.

24 Ex quibus constat de lesione.

25 Quod ad merendam justam causam attendatur tempus contractus, non quid postea sequi tum sit.

26 Quomodo Consilium auctoritati sit deferendum.

27 De differentia inter casum, in quo prohibitus alienat, vel acquiritur habita fide de pretio.

28 Quod magis expedit vendere bona, quam contrahere debitum fructiferum.

D I S C. XXIII.

Cum Communitas Oppidi, seu Castri Sanctae Agathae, (juxta ferè commune usum,) per duplicem regeretur Magistratum; Unum scilicet in minori numero, actuale administrationem rerum currentium habentem, cum mutatione personarum intra breve tempus; Et alterum majorem, sub Consilii nomine explicare solitum, constitutum ex 24. Consiliariis, universum populum in gravioribus negotiis representantem, juxta eam hujusmodi Consiliorum, vel Magistratum distinctionem, de qua habetur sub titulo de *praesentibus discurs. 30. & 31. Novem.* vel decem ex hujusmodi Consiliariis (prævia licentia Regiminis, seu cuiusdam Magistratus Civitatis Bononiae,) praefatae Communitatis nomine, ad effectum emendi duo praedia, aliis ipsius Communitatis bonis coherentia, plures census imposuerunt in sorte librarum 1600. Cumque actionem praedictam damnosam, ac praevicacem praxis docuisset, hinc eadem Communitas, dictos census tanquam male impositos impugnare cepit, ac fructuum solutionem denegare; Quare Comes de Capraria, qui jure cesso, eos possidebant, post distractionem eorumdem praediorum pro longè minori pretio, pro residuo sortis, & fructuum, super ejusdem Communitatis antiquis bonis, tanquam fundis censitis, associationis iudicium coram A. C. instituerunt, cum sublequuto effectu, introducitur causa in Rota coram Albergato, sub die 7. Junii 1660. census praedictos subsistere, ad effectum comprobandi dictam associationem jam obtentam, responsum fuit, sed repropoita causa coram eodem, sub die 11. Maii 1663. recedendo à decisis, invaliditas firmata fuit, idemque in alia disputatione confirmatum sub die 6. Junii 1664. ad quarum decisionum normam emanata sententia super invaliditate, & commissa causa validationis in eadem Rota coram Otalora, creditores (suspensio petitorio) assumpserunt iudicium possessoris super mantentione; Cumque propositio dubio, rescriptum esset, juxta frequentem styllum, ut videretur de bono iure, sub die 2. Aprilis 1666. pro dictis creditoribus, ac censuum validitate, recedendo ad primam, ac recedendo à secunda, & tertia resolutionibus praedictis, responsum fuit, concessaque adversus hanc resolutionem audientia, & repropoita causa coram Galatius subrogato sub die 12. Junii 1671. responsum fuit pro confirmatione ultimae decisionis, iuxta modum exprimentam, qui ut supponitur, est, ut census non afficiant infra scriptos participantes in fructu, seu fructione eius debita, sed Communitatem.

In his autem disputationibus, duo erant puncti, unus facti, an dicta bona, super quibus census impositi fuerant, spectarent pleno jure ad Communitatem, adeòque (praesuppositis solemnitatibus) adesset potestas ea gravandi, vel potius, essent in dominio Communitatis, sed in usufructu, seu fructione spectarent praecipuo jure ad quasdam antiquas familias in numero 170. circiter, quibus in facto supponebatur haec bona inculca elargita fuisse per Comitissam Mathildam, atque per eas proprio labore, ac sumptibus, ad culturam hodiernamque statum redacta esse; Et secundo, quatenus essent totius Communitatis, ac populi constituti ex familiis 400. circiter, an verificarentur requisita, quae de jure necessaria sunt in alienatione bonorum ad Civitatem, seu Communitatem pertinentium, juxta terminos textus in *leg. finali. C. de vendenda. vrbis. lib. 11.*

Prima inspectio, facti potius, quam juris erat, an scilicet dicta particularis pertinentia aliquarum familiarum, privative ad reliquas, totamque Communitatem probarent, necne, super quo dicta quarta decisio coram Otalora, ni-

nimum se diffundit, expendendo dicta testium, ac aliqua documenta hinc inde deducta, & an hæc essent in forma probanti, necne.

Cumque ad effectum excludendi dominium privatum familiarium, atque firmandi illud spectare ad totam Communitatem, magnum fundamentum constitueretur in aliquibus enunciatis; aliiq; actibus denotantibus pertinentiam ad Communitatem in genere; Hinc scribens ego pro censum invaliditate, ad favorem dictarum familiarum, ac etiam totius Communitatis, ad probandum, quod dicta enunciata compatibles erant cum probationibus dictæ privatæ pertinentiæ; Advertebam ad distinctionem alibi pluries enunciata circa Universitatum, seu Communitatum bona, præsertim sub tit. de servitutib. ad materiam juris pascendi disc. 35. & alibi pluries.

Triplex etenim dominium in Communitatibus consideratur; Unum est illud, quod dicitur protectionis, seu auctoritatis, sine aliquo effectu exemplificari solitum in iis, quæ verè nullius vel quod vultum sunt omnium, abq; distinctione personarum, ut sunt, plateæ, & viæ publicæ, theatra, & similia; Alterum verò dicitur dominium magis restrictum, in solo tamen nomine, vel honore, sed pariter sine utilitate, quæ est omnium civium, & incolarum in universum, ut sunt, montes, & forestæ, aliaque territoria campæstris, quæ alias communalia dici solent, publico pascendi, aquandi, & lignandi usui destinata; Et tertium dicitur dominium privatum, ac plenum, tam in proprietate, quam in fructus; qui privati ad singulos civis, & incolas, pertinet ad bursum, seu arcam ipsius Communitatis, pro ejus indigentis, & usibus.

Quamvis enim, id etiam tendat in utilitatem singulorum civium, & incolarum, qui alias, si Communitas illa bona non haberet teneretur cum collectis supplere pro illius publicis usibus, & oneribus, quibus consuleretur cum talibus bonis, ut dicto tit. de servit. ad materiam juris pascendi pluries advertitur, ac etiam sub tit. de Regalib. ad materiam vectigalium, & collectarum; Attamen dicuntur bona propria, & particularia Communitatis contracta distincta ab aliis bonis, quæ sint omnibus communia, ita ut Communitas in eis jure privati censetur, Aretin. in §. universitatis, in §. de verum dross. & ceteri bene apud Menoch. 943. nu. 60. & 61. Capobianc. de Baron. pragm. 12. n. 15. & 19. & cum aliis dicto disc. 35. & pluries dicto tit. de servitutibus.

Qua distinctione sic posita, dicebam rectè simul stare posse, ut hujusmodi bonorum habituale dominium sit penes ipsam Communitatem in universum, eorum verò utilitas, sive commoditas, & fructus, vel jure dictæ antiquæ concessionis, vel ratione reductionis proprio labore, & sumptu ad culturam, spectarent ad dictas particulares familias, abq; participatione aliarum, quæ successivis temporibus domicilium in eodem loco contraxerint, quodque propterea bene poterint, abq; aliqua contradictione enunciari bona Communitatis ratione protectionis, ac etiam domini habituales, quoniam non implicat, ut eorundem bonorum dominium pro respectum diversitate sit penes plures eodem tempore, dum aliud sunt ipsa bona in genere, aliud verò, sunt eorundem bonorum, fructus, redditus, & emolumenta, quæ bene contradistinguuntur, juxta ea, quæ ceteris relatis desuper deducta habentur in Tyburina Castrorum sub tit. de feudis disc. 62. ubi quod possunt simul stare, ut castrum sit in dominio unius, atque in alterius dominio sine ejusdem castri fructus redditus, ac emolumenta, ex ibi deductis; Et habetur sub tit. de donationib. & sub tit. de testament. ac altero de regular. in eo habituali dominio, quod est penes Monasterium, vel Religionem illorum bonorum, quæ relinquuntur, vel donantur Religio sub expressa lege, ut Monasterio non acquirantur, cum similibus.

Hinc proinde punctus erat, super dictæ particulari pertinentiæ, seu fructibus sufficienti probatione, super qua, quoad ea, quæ juris sunt, certa, & determinata regula generalis tradi non potest, cum hæc probationum materia dicatur iudici arbitraria, ex facti circumstantiis regulanda, juxta celebrem Text. in l. 3. ff. de probat. cum concordan. Omnes etenim hinc inde scribentes deducebamus easdem juris regulas, seu propositiones generales, super domini probatione, ut præsertim in antiquis, administrativa, & imperfecta fuisset, quodque procedendum sit cum regula, ut singula, quæ non præsumunt, unita fuerint, ut advertitur apud Caval. de test. 93. & 201. & frequenter; Sed quoniam collabantur probationes, & ad minicula hinc inde,

idcirco in iudicis arbitrio repositum est ponderare, quænam prævaleant; Atque ad hunc effectum ego dicebam, satis reflectendum esse ad prædictam conciliativam distinctionem, ut ita tolleretur difficultas, quæ ad verus hujus partis probationes resultabat, ob ea, quæ ponderabantur in contrarium.

Isto autem conciliativo intellectu ita posito Advertebam opus non esse affirmare alteram quæstionem, super validitate, vel invaliditate alienationis census ratione solemnitatatum, quæ in Communitatum bonis distrahendis requiruntur, quoniam ubi etiam omnes solemnitates adhibita fuissent, quinimo & de versione in utilitatem bene constat, adhuc tamen nil referre videbatur, ad effectum quæstionis, nec scilicet in præjudicium dictarum familiarum in contractu non intervenientium, suumque non præbentium consensum, dicta bona subjungi poterint, adeo ut ad ea, eorumque fructus actio comperet, vel quod imponeretur census, cujus contractus pro necessario requisito exigit, ut imponatur super fundo capaci, & fructifero, cujus plena dispositio pertineat ad impostorem, vel quod id sequatur de consensu ejus, ad quem pertinet, sola vero proprietatis non sufficiat, ut quicquid parum fundatè dicat. Cenc. de cens. q. 14. num. 15. cum quo pertransit Durad. eod. tract. quædam Cencii transcriptionem continente, ceteris relatis plenè, ac fundate probat Lecotard. de usuris quæst. 51. n. 4. cum seq. quem loco omnium in proposito allegare sufficit.

Verùm, ubi posito dominio bonorum penes totam Communitatem, de alio puncto, seu inspectione agendum esset, super solemnitatibus, aliiq; requisitis necessariis, Adhuc probabilis videbatur, ea non adesse, quæ plenè recenserunt, apud Cenc. de censib. q. 23. num. 11. cum seq. & per Rotam dec. 292. nu. 1. cum seq. & dec. 447. nu. 1. cum seq. par. 5. recent. & per Cohell. ad Bullam Boni Regiminis cap. 32. n. 8. cum seq. ubi multa requisita enumerat.

Nullaque dubitatio hodie amplius cadit, quæ apud antiquiores vigeat, ut impositio census dicatur vera, & formalis alienatio cadens sub legibus, & dispositionibus bonorum stabiliu alienationem prohibentibus, ex iis, quæ in proposito alienationis bonorum Ecclesiæ habentur pluries in præcedentibus, præsertim disc. 1. & seq. Et in proposito Statuti Urbis 113. præscribentis certas solemnitates in alienationibus bonorum stabiliu faciendis per minores, habetur infra disc. 28. & advertitur in secunda, & tertia dec. coram Albergato, & non negatur, sed admittitur in prima, & quarta contrariis, prout non negant Scribentes in contrarium, cum verè sit propositio, de qua amplius non dubitatur.

Inter solemnitates autem, præcipua est illa, convocationis totius populi in consilio generali, quam esse necessariam, cum consensu singulorum, plenè ceteris relatis advertunt Menoch. consil. 80. nu. 22. & seq. & consil. 736. n. 9. Surd. consil. 65. n. 17. & consil. 290. n. 12. & alii apud Rotam disc. dec. 447. par. 5. recent. n. 16. & 17. dec. 87. n. 7. par. 8. & in secunda hujus cause decisione 11. Maii 1663.

Reflectendo autem ad veritatem, istud fundamentum, quamvis Advocati more deductum, & inculcatum, non placebat; Illud enim rectè procedit in illis Civitatibus, & locis, in quibus juxta usum antiquum, aliud non adesset corpus, totius populi representativum, sed solum adesset ordinarius Magistratus, qui singulis annis, vel temporibus pro locorum consuetudine eligitur pro currenti administratione reddituum, & negotiorum Communitatis, cum huic demandata non censetur facultas alienandi bona in proprietate, sive alia explicandi negotia graviora, perpetuum præjudicium concernentia, ideoque merito desideratur consensus totius populi ipsam Communitatem constituentis, cum aliud non adit corpus universale, quod eundem populum representet.

Secus autem, ubi (præterter quidem, & commendabiliter,) ad tollenda inconvenientia, & confusiones, quæ resultant ex convocazione totius populi, ubi præsertim rusticium civilibus commixti sunt, cum nimium inconveniens sit, ac speciem stultitiæ redoleat, ut ejusdem operationis esse debeat votum viri nobilissimi peritissimi, & illud custodis bonum, vel porcorum, ac etiam quia est tractare negotia more tumultuario, ideoque prudenter, per consuetudinem introductum est consilium, quod ad differentiam particularis Magistratus dicitur generale, solum habituale, non autem actuale habens administrationem, totius populi representativam, juxta distinctionem, de qua d. disc. 30. & 31. de præsumptis, cum tunc ea quæ in jure disposita sunt de universo populo, huic consilio congruant, juxta communem,

nem, ac receptam; Nisi ex particulari jure, scripto, vel non scripto, in aliquibus actibus, non obstante hujus consilii existentia, totus populus verè convocari debeat, eiq; consentus exquiri.

Substantialis autem, ac pro meo iudicio insanabilis, videbatur ille defectus, quod non intervenisset totum consilium, quod populum representata, vel saltem ejus major pars, quoniam, cum illud constitutum esset ex 24. novem tantum, vel decem interfuissent, cum tamen ad effectum constituendi corpus, saltem duæ ex tribus partibus capitularium, seu vocalium intervenire debeant ad text. in l. 3. ff. quod cuiusque Universitatis nomine cum concordan. apud Lap. alleg. 68. n. 2. Menoch. consil. 726. n. 1. cum sequen. Gratian. disp. 933. num. 1. cum aliis in d. secunda decisione 11. Maii 1666. coram Albergato.

Pro hujusmodi objecto evitando, Scribentes pro creditoribus, ac etiam quarta decisio coram Ottalora, in eo insistebant, quod sufficeret adesse consensum majoris partis eorum, qui præsertim in loco reperitur, quodque in istis verificetur dicta conclusio, ut sufficiat interventus duarum ex tribus partibus; Verùm, in sensu etiam veritatis, credebam hanc responsonem, suffragari, ac procedere posse, ubi ageretur de actibus necessariis instantaneè explicandi, qui moram, seu dilationem non de facili admittunt, & in quibus practicable non sit, vel non expedit, absentes, vel impeditos legitime convocare, & expectare.

Secus autem in actibus merè voluntariis, quos nil refert, citius vel tardius explicari; Tunc etenim omnes, ad quos pertinet corpus constitueret, ac votum proferre, legitime convocandi sunt, cum competenti termino, ac expectandi, adeo ut non comparentes; seu non intervenientes, ratione contumaciæ, censentur pro ea vice juri cessisse, ac que extraneos à jure votandi se fuisse voluisse ad text. in c. cum nobis, & cap. quod fecit de elec. ubi communiter scribentes, cum concord. per Aden. ad Boratt. dec. 809. n. 11. & 12. & habetur deductum sub tit. de Canonici, & Capitulis, præsertim disc. 27. ubi de requisitis, ac materia electionis, aliorumque aduum capitularium, seu communitativorum, ac etiam sub tit. de juræ patronatus disc. 61. occasione agendi de illis presentationibus, quæ per familias, vel alios jure universali, & collegiatio, non autem singulari faciendæ sunt; Secus autem in actibus merè voluntariis, in quibus addo rigorosè proceditur, ut omnium consensus ac interventus, in plurium sensum requiratur ad text. in c. fin. de major. & obed. ubi Innoc. Abb. Butr. & alii, de quibus apud Rot. dec. 755. in fin. par. 2. recent. & dec. 270. n. 2. par. 4. Quidquid enim fit ad effectum, an unius contradictio sufficiat, vel major pars concludat, de quo apud Franch. dec. 2. ubi Aden. Certum tamen videtur, ut saltem convocari debeant.

Atque ubi desuper autoritates non haberemus, ad evidentiam convincere ipsa ratio naturalis; Ideo etenim universus populus ejus consensus, seu facultatem transfundit in istud consilium constitutum ex congruo n. 24. civium qualificatorum, ut ob talem numerum, non de facili cadere possit illa collusio, seu mala administratio, quæ ob aliquod privatum interesse, cadere solet in aliquibus administratores, ubi sunt in parvo numero; Et ob quam rationem, ordinario, & currenti Magistratu interdicitum est, graviora negotia explicare, sine consensu totius populi, vel majoris consilii, ipsum populum representantem.

Hæc autem ratio ita cessare, quoniam illi malè intentionati consiliiarii, qui invicem colludendo, ob privatum interesse, populum, & Communitatem supplantare velent, sumpta occasione absentie, vel impedimenti majoris partis consiliiariorum, ita sub nomine totius populi, actus præjudiciales gererent, atque admodum concluderet ille minor numerus, qui populus ejus vices committere noluit, dum ad majorem numerum refertur, quando suas partes demandavit; ideoque ita concurrere dicebam, non solum accidentalem defectum solemnitatum, quas lex positiva induxit, sed naturalem, ac substantialem defectum personæ contrahentis, quam isse minor numerum non constituit.

Magis verò ob stare dicebam defectum causæ, quoniam Communitates, jure pupillarum, ac aliorum sub aliena necessaria, seu legali administratione videntium censentur, ad text. in l. Rempublicam C. de jur. Reip. ibi, Rempublicam ut pupillam extra ordinem jurare moris est, & ceteris relatis habetur apud Crivell. dec. 44. n. 4. Rovit. pragm. 1. de minoribus n. 17. Oddo de resit. ut. in integrum q. 3. art. 10. n. 66. & seq. & communiter.

Difficultas enim in hac materia cadit in illis universitatibus, seu corporibus intellectuales, quæ ex modicis personis constituuntur, atque per omnes quodam jure privato administrantur, ex deductis hinc inde per Odd. ubi supra, n. 71. cum sequen. Secus autem ubi impossibile est, ut per omnes administratio fiat, sed oportet, ut vivatur sub aliena legali, ac necessaria administratione; Tunc etenim, omnia quæ in tutoribus, vel curatoribus pupillarum, aut minorum habentur, circa causam, vel solemnitatem in alienationibus eorum bonorum, in his terminis intrare videntur.

Imò fortius, quoniam videmus, quod lex in bonis Civitatis distrahentis, majores videtur desiderare solemnitates recentitas per supra allegatos, præsertim apud Rot. decisio. 447. p. 5. rec. & per Cohell. ad Bull. boni Regiminis, ubi longe majores solemnitates, ac majora requisita cumulantur, quam desiderantur in bonis pupilli, vel minoris, & forsitan etiam Ecclesiæ, in spēda dispositione antiquorum canonum, antequam prodiret Constitutio Pauli II. in Extrav. Ambrosiæ super necessitate beneplaciti Papæ.

Et tamen adinstar, a moderno tempore, in omnibus ferè Principatibus, cognitio, quod Communitates, fraudibus, ac supplantationibus administratorum, magis subiacere videntur, quam pupilli, & minores à tutoribus, dum facti majores possunt per seipos videre, an actus bene, vel malè gestus sit, ac etiam Ecclesiæ habet beneficium, qui diligenter recognoscere, ac revidere solet, quæ prædecessor gessit, quod ex frequentiori experientia non contingit in Communitatibus, dum nobilium, vel civilium, præsertim verè eorum qui literas profertur, principale institutum esse videtur, meliorque industria, vel peculium, vivendi ex bonis Communitatis, & ex sanguine pauperum, Hinc, prius in Regno Neapolitano per pragmaticam infra recensendam disc. 25. deinde que in Statu Ecclesiastico per Apostolicam Constitutionem, quæ vulgò Bulla boni Regiminis dicitur, commentata per Cohell. adinstar Extravagan. Ambrosiæ, alia solemnitas licentiæ, seu beneplaciti Principis inducta est, vel illius majoris Magistratus, quem Princeps deputavit.

Ubi autem solemnitates, a lege communi, vel municipalibus desiderantur ad certum finem, seu effectum, occurrunt fructibus, quibus actus subiacet, ex imbecillitate, vel omnimoda deficientia intellectus ejus, de cujus præjudicio agitur, tunc non curatur de earundem solemnitatum formalitate, seu materiali implemento tantum, sed attenditur principaliter implementum formale, super iusta scilicet causa, ob cujus examen, lex tot adhibet solemnitates, quibus mediantibus, in contrahente vel alienante, natura defectus valeat suppleri; Ude propterea ex deductis supra disc. 1. & in aliis pluries in proposito alienationibus bonorum Ecclesiæ, solemnitates, etiam illa beneplaciti Apostolici, non suppleant causam, qua periclitante, habentur ac si adhibita non essent, & habetur pluries infra præsertim in Romana domus disc. 27. super solemnitatibus adhibendis in contractibus minorum, vel mulierum, quod scilicet nihil refert eas de facto adimpleri, si cessat causa, vel non adimpletur finis, ob quem desiderata sunt, ne aliàs lex, verbis, & non rebus imposita dicatur, ac merè cæremonialis, & factua remaneat.

In hac autem facti specie, nulla suberat necessitas faciendi hanc emptionem prædiorum; nullaque considerari poterat utilitas, sed perneceffè inerat ab initio ejusdem lesio, quam sublequutus effectus comprobavit, dum ad instantiam eorundem creditorum, eadem prædia subfalsa vendita fuerunt pro longè minori pretio, & forstè infra dimidium, & quod magis per ipsofmet empta, unde propterea sequebatur, quod ipsi habebant rem, ac petebant pretium, Communitas, verò, carendo re, cogebatur solvere pretium, ideoque evidenter læsio non videbatur excogitabilis.

Et quamvis quarta decisio 2. Aprilis 1666. circa finem §. antepenult. & sequen. coram Ottalora, ponderet utilitatem resultantem ex adiacentia hujusmodi prædicti alii bonis ipsius communitatis, cujus intererat ea non emi à potentioribus, à quibus, seu ab eorum animalibus propria bona damnificari potuissent, deducendo dicitur, quod non expedit habere malum vicinum, de quo pluries sub tit. de servit. ad materiam retractus; Attamen dicebam istam easdem meditationem, non autem, iustam, probabilem causam necessitatis, vel utilitatis, dum ut præservarentur bona propria, initus fuit contractus acquisitionis, per quem, tam bona acquisita, quam propria amittebantur dando exemplum in eo, qui ut evitaret prospectum vicinis ad propriam domum, gerere talem adum, per quem domus propria,

voluntarie alienare prohibitus est, afficiat successorem, independenter, ac jure proprio venientem, clarum equivo-

16 substitueri, quatenus per illam dubius litis eventus cum quodam honesto temperamento terminetur utrique proficuo, si non æqualiter, saltem in parte proportionata, majori, vel inferiori colligantur juri, adeo ut aliquid respectivè hinc inde detur, vel remittatur, secus autem ubi unus transigentium obtineat totum id, quod ex rigoroso sperato litis eventu obtinere possit, cum tunc dicatur transactio leonina; Nisi ejus jus adeo clarum sit, quod remissio expensarum, seu interutorum, ac fructuum medii temporis, ipleque recessus à lite, dici valeat congrua recompensa juris alterius colligantis; Ac propterea stante dicto præsupposito, quod huic parti magis expediens fuisset omnimoda succumbentia, ita cessabat omnino ratio dubitandi, quamvis non de Communitate privilegiata, sed de quolibet privato ageretur; Ideoque causæ pænter restringi videbatur ad solum factum, quod per alterum partem acriter impugnabatur, an scilicet subsisteret, necne dictum præsuppositum evidenter præjudicium.

17 Demum in nulla consideratione habendam esse dicebam d. circumstantiam, in qua adeo magnum fundamentum constituebat, quod hæc transactio auctorizata esset à Præfæto Congregationis, in qua lis pendebat, quoniam ita est quidem circumstantia satis considerabilis ad arguendam bonam fidem, juxta ea, quæ in proposito transactionis super bonis fideicommissi cum auctoritate, vel mediatione, iudicis, vel alterius qualificatæ personæ habentur in Romana successione de Comitibus 26 Junii 1647 & 26 Junii 1648. coram Ghislerio, quæ reputantur in materia magistræ, sæpius in aliis canonizatis impressis dec. 44 & 48. post Cenfal. ad Peregr. & quarum prima est etiam repetita, dec. 228. p. 10. res. & habetur in Romana donationis de Silla sub tit. de fideic. disc. 140. Sed ubi confiter de lesione, seu defectu iustæ causæ, id nihil operatur, ut advertitur supra disc. 1. & in aliis, super conclusionem, ut beneplacitum Apostolicum non suppleat defectum causæ, ac etiam disc. præced. & pluries in sequ. ut decretum Iudicis aliaque solemnitates in nulla consideratione habeantur, ubi causa deficit.

URITANA SEU NEAPOLITANA CENSUM PRO CARDINALI FARNESIO ET MARIO ALBERICIO CUM COMMUNITATE OPPIDI MISANIÆ.

Responsum in causa vertenti in Regia Camera Neapolis.

De eadem materia validitatis, vel invaliditatis impositionis censuum, vel alterius alienationi factæ per Communitates in Regno Neapolitano; Et qui ubi specialiter provisum fit ultra juris communis dispositionem: Et in specie, an alienatio cum Regio assensu, aliique solemnitatibus substatueatur, si facta sit in causam extinguendi debitum, vel censum, absque dictis solemnitatibus contractum.

SUMMARIUM.

- 1 Adhæres.
2 Distinguntur puncti, seu impositiones.
3 Lex respicit futura, non præterita.
4 An licentia Principis requiratur de jure in alienatione bonorum Communitatis.
5 Quando lex sit declarativa juris dubii.
6 Quod tunc tractatur ad præterita.
7 De beneplaciti, vel alterius solemnitatis præsumptione ex lapsu temporis.

- 8 Quid tempus requiratur, distinguatur.
9 De determinatione Regiæ jura circa tempus 20. annorum.
10 Quid contineat dicta determinatio.
11 Novus census ad minorem fructum potest imponi sine solemnitate pro extinguendis antiquis solemniter impositis.
12 Quid ubi antiquus est sine solemnitate quæ adsit in novo, uti iste valeat.
13 Consulentiibus quando non sit deferendum.
14 Contrarium magis placeat, ut non valeat in Communitate, secus ubi agitur de fideicommissis, & majoratibus.
15 De ratione differentie.
16 De eadem differentia inter unum casum, & alterum.
17 Quando primus actus est invalidus, deficit iusta causa.
18 De oneve bonatenentia.
19 An debeat uti releschasticis.
20 An, & quando introet compensatio, vel imputatio ipso jure.

D I S C. XXVI.

Pro aliquibus antiquis censibus extinguendis, aliique indigentibus, Communitas Oppidi Misaniæ plures imposuit census ad favorem N. Albericii, ejusdem Oppidi Baronis; Cumque defuncto, primogenitus hæres universalis census extinxisset, vel cessisset, unde solum remanebant debendi in summa duc. 54. m. circiter, istique ab eo cessi fuerint Mario fratri secundogenito pro legitima, aliique juribus, ac etiam Cardinali Farnesio avunculo petentibus istis decursum, & currentium fructuum solutionem, Communitas prædicta, de eorumdem censuum invaliditate opposuit, unde propterea introducitur causa in Regia Camera Summaria Neapolis, ex eorumdem Cardinalis, & Marii creditorum parte, super facti novella à dicta Civitate transmissa, continente dictæ Communitatis exceptiones, seu prætenfiones, consultius sui, tam ad effectum audiendi meum sententiam in bono jure, quam ad effectum scribendi in causa, quæ pluries habebat inspectiones, facti, præsertim circa versionem pecunie in causas expressas, ac alias, quæ absque inspectione juris, cum ipso facto tollebantur.

Juris autem tres erant inspectiones; Primò scilicet defectus Regi assensus requisiti in eo Regno in impositionibus censuum, aliique contractibus quæ fiunt per Communitates per pragmat. 11. & 12. sub tit. de administratione Universitatum per pragmat. 8. sub tit. de Commissariis scilicet iste requisitus esset, & quatenus requiretur, an suffragaretur præsumptus; Secundo circa aliqua partitas, in quibus aderat dictus assensus Regis expressus in causam tamen extinguendi census antiquiores dicto assensu non vallatos; Et tertio, an creditum quod ipse Communitas habere prætendebat, tam cum primo creditore, quam cum dicto primogenito ejus filio, & hærede universali, tanquam respectivè ejusdem Oppidi Baronis, ipsiisque cessionariis, veniret singulis anni, imputandum in eorumdem censuum sortem, quæ ita, vel in totum, vel pro notabili parte extenuata prætendebatur.

Quatenus pertinet ad primam inspectionem, cum dictæ pragmat. 11. & 12. de administ. Universit. prodierint de anno 1605. & 1606. Advertentibus distinguendas esse partitas, quoad census etenim creatos ante dictas pragmat. istæ non obstabant ex regula, quam habemus in novis legibus, ut de earum natura respiciant futura, & non trahantur ad præterita, l. leges. C. de legib. c. ult. de Constit. cum concord. collectis per Farin. in fragment. verbo lex n. 26. Rovit. pragmat. 2. de cens. Mant. dec. 259. n. 4. & passim.

Istud motivum, solum, ac de per se non videbatur omnino tutum, quoniam ex iis, quæ habentur deducta apud Rovit. conf. 64. n. 1. l. cum quo pertransit de Marin. ref. 77. n. 10. l. ista solemnitas licentia Principis, vel Supremi Magistratus per dictas pragmat. requisita videtur, (juxta unam opinionem) requisita etiam de jure communis, qua si quod sit una solemnitas, quæ ad materiam text. in l. fruct. de vend. reb. Civitatis l. 11. recensent Cohell. & Rota in locis, de quibus, disc. præced.

Quidquid enim fit de hac opinione, quando principaliter ageretur de annullando contractu ex ista causa (quo casu probabilis esset annullationis locus non esse, quoties id prius non esset in usu, dum allegati à Rovito loquuntur de decreto Iudicis, non autem de assensu Regis, ut plene in ultima decisione edita in casu, de quo disc. præced.) Difficultas considerabilis consistere videbatur in eo, quod dum id est

id est de jure communi saltem dubium, ita dictæ pragmat. dicendæ non sunt omnino inductive novi juris, sed potius renovativæ juris communis, vel ejus declarativæ ad tollendam quæstionem ex opinionum varietate resultantem; Hoc autem positum, sequitur, ut lex nova, upotè edita pro declaratione legis antiquæ habeat oculos retrò, atque trahatur etiam ad præterita, ex eisdem mox allegatis, idem Rovit. in præfat. ad pragmat. num. 8. Merlin. dec. 231. n. 7. & frequenter.

Adhuc tamen, nimium suffragari observabam, ut dictæ pragmat. postea supervenerint, quoniam, cum de tempore impositionis non adesset positiva resistencia legis ita expresse disponens, sed solum id prætenderetur ex dispositione juris, quæ vel non aderat, vel erat dubia, hinc facilius loco est præsumptioni dictæ licentiæ, seu beneplaciti, etiam per solum observantiam decennalem, absque necessitate verificandi observantiam tricennale continuum, veram, & univocam, cum rigorosis requisitis desideratis, ubi adsit juris resistencia positiva, juxta distinctionem, de qua in hac materia præsumendi extrinsecas solemnitates, cæteris relatis, habetur apud Gabr. de præsumpt. conclus. 1. cum alii supra disc. 1. & sub tit. de dote disc. 143. ubi latius de materia.

Ideoque magnam differentiam videre advertentibus, inter illos casus, in quibus dictam pragmaticam positivum obstaculum adesset, & conversum, ob dictam rationem census viginti majus, vel minus tempus; Ac etiam quia post pragmat. magis convincibilis, est negativa ex revolutione regestri, potissimè verò ab anno 1615. ex quo tempore supponitur invaluisse viam registrandi licentias.

Verum, media quædam via circa dictam præsumptionem de anno 1613. electa fuit, per quamdam particularem Congregationem desuper deputatam, (quæ ibi juxta Hispanicum loquendi usum, Juncta dicitur) ut scilicet spatium annorum viginti sufficeret, quod in præsentem adesse videbatur; Licet enim Scribentes pro Communitate dicerent, ut de observantia dicti temporis doceri deberet de tempore, quo dicta resolutio prodiret, quasi quod ista esset lex prædicta, certam inducens formam, At tamen id videbatur æquivoquum; quoniam dicta determinatio potius continere videbatur quamdam declarationem legis dubie dispositionis, sed de cessione questionis, quæ inter DD. viget super tempore; Aliis volentibus sufficere longum annorum decem Aliis verò esse debere a minorum 20. Ac alii exigentibus tempus longissimum 30. annorum; Ideoque dicta media via, vel conciliativa opinio electa est, cum tamen etiam tricennale, ac majus tempus concurrerent, neque ista sola præsumptio adesset, sed etiam concurrerent resistentes ab approbatione facta per Regentem Tappiam in statu generali Communitatum de anno 1626. & ab alia probatione facta per Collaterale Consilium de anno 1632. aliaque aderat adminicula, ideoque beneplacitum præsumptum rectè intrabat.

Quo verò ad census impositos post dictas pragmat. ad effectum extinguendi alios census antiquos in vim cessionis juris luendi in eo Regno satis praticati, de quo apud Capyc. Latr. & Aden. dec. 16. & pluries sub tit. de credito; Pro censibus Regio assensu vallatis, nulla cadebat difficultas, quoniam, ubi primum debitum esse validum, adeo ut secunda impositio non addat gravamen, sed potius imminuat, tunc novus assensus non requiritur, ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Rodriquez. de annu. reddit. q. 14. n. 31. Cenc. de cens. q. 15. n. 33. & sequ. plenè Salgad. in labyrinth. p. 3. cap. 4. per totum, & advertitur supra disc. 1.

Ideoque difficultas erat in illis antiquis censibus, qui dicto assensu carebant, quamvis novi adhuc effectum impositi dicto assensu vallati essent; atque istorum respectu, scribendo pro creditoribus dicebam eos esse validos, cum creditor non teneatur indagare de validitate, vel invaliditate debiti extinguendi, ut plene probat Molin. de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 25. Noguero. alleg. 3. Capoblanc. de Beron. pragmat. 1. man. 298. & sequent. plenè Salgad. (qui disputat quæstionem ad partes) in labyrinth. part. 2. cap. 17. n. 46. & sequ.

Quamvis autem ego scribens ad causam, insisterem, quod dicta opinio tenenda esset neglectis Rovit. disc. consil. 64. lib. 1. & de Marin. ref. 77. n. 9. lib. 1. contrarium sentientibus; Tum ob majorem auctoritatum calculum; Tum etiam, quia contraria opinio aliam non habet auctoritatem nisi eam Roviti consulenti ad causam, quæ suspecta est, sive in nulla ratione habenda, dum in eo casu contra-

rium fuit decisum, unde propterea intrat ponderatio, de qua apud Franch. dec. 260. n. 5. & 6. quod quoad allegantur consilia, perquiri debent decisiones super eis proditæ, istæque attendi, inculcanda dictam rationem, quod secundum creditur sufficere sequi publicam fidem Principis, ita prohibitum habitantis ad hunc effectum specialem extinguendi certum debitum, dum ita creditur, opinari jute potuit, quod occasione concedendi licentiam, investigata fuerit dicti debiti extinguendi validitas.

Reflectendo tamen ad veritatem, motivum videbatur periculolum, atque apud me adhuc vigeat difficultas (quam tamen deinde præsuppositum fuit removeri ex factis; Vel quia primi census impositi essent ante pragmaticam editionem; Vel quia inventus quoque esset assensus); Opinio siquidem, quam tueretur Molina, cum cujus opinione processum fuisse, non laudando, testatur Rovit. disc. consil. 64. in fin. ac etiam Noguero. & alii, probabilis est, ac recipienda videtur, in iis casibus, in quibus prohibitio alienandi proveniat à solo impedimento accidentalit quod per legem, vel per hominem, sive utrumque simul adjectum est bonis, ut contingit in bonis pertinentibus ad fideicommissa, seu majoratus, & primogenituras de quibus ipsi loquuntur.

Isto enim casu, persona alienantis non est inhabilitata ratione imperfecti iudicis, sive quod ipsa tanquam intellectus nullam habeat contrahendi habilitatem, adeo ut perneccesse pendeat ab administratoribus, ut est in alienationibus bonorum Ecclesiæ, vel Communitatis, cum similibus sub aliena administratione necessaria viventibus, tamquam per speciem pupillorum, vel amentium, & consequenter magna viget ratio differentie; Primò enim casu, ut pluries advertitur sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum præsertim disc. 74. & disc. 89. cum possessor fideicommissi inter sit verus, ac perfectus dominus, nullamque habeat aliam prohibitionem disponendi, vel alienandi, nisi eam quam, ab Augusto citra, lex postula induxit; Hinc proinde Princeps, concedendo licentiam, seu facultatem, aliud gerere non dicitur, nisi removere obstaculum prædictum, ac propterea ille, qui alienationem facit, eam facere dicitur, jure suo, tanquam per remotionem impedimenti, absque necessitate concursus copulativi juxta causam.

Non sic est in ea licentia, quæ tribuitur alienandi bona Ecclesiæ, vel Communitatum, aliarumque hujusmodi intellectualium personarum, quæ de necessitate sub aliena administratione vivunt, & pro quibus, ut non habentibus velle, vel nolle, perneccesse actus ad administrationem explicandus est, quoniam tunc, ut in proposito alienationis bonorum Ecclesiæ advertitur supra disc. 1. & in plerisque aliis, & in histerminis Communitatum habetur diob. disc. proxime præced. duo requisita copulativè desiderantur, atque concurrere debent, illud scilicet solemnitas, & alterum juxta causam, consistentes in necessitate, vel utilitate, neque assensus, dictæ causæ defectum supplet.

Causa verò adesse non dicitur, ubi debitum extinguendum invalidum esset, dum ita nulla subsistere dicitur necessitas pro debito, ad cujus solutionem Communitas cogi non poterat; Minusque utilitas ex eadem ratione, & consequenter pro meo iudicio, erroneum videtur, parificare dictos terminos facultatis quæ conceditur possessoribus fideicommissorum, & majoratum, cum istis terminis Ecclesiæ, vel Communitatum, seu pupillorum, ac similiarum, cum longè diversa sit ratio.

Demum quoad ultimum punctum imputationis in fortè ejus, quod prætendebatur singulari annis debitum ratione contributionis forensium, quæ ibi vulgè bonatenentia dicitur; Difficultas removeri videbatur ex facto, stante pacto expresso franchitiæ in ipsa impositione, quod pactum improbum non est, quoties facta oneris computatione, fructus non excedat taxam permissam; cum ita pactum dicatur præsertim, ut advertitur sub tit. de censib. & sub altero de Regal. in hoc proposito contributionum, seu collectarum, duo pro tempore, quo census fuerunt possessi per dictum Baronem, cuius favore impositi fuerunt, vel per ejus successorem, licitum erat exigere fructus ad majorem rationem, etiam respectu Communitatum, seu Universitatum, cum adhuc facta non esset illa deductio, quæ postea sequuta fuit, atque, quod exaerum erat (facta deductio dicti oneris) non excedebat summam licitam; Postquam verò idem census effecti fuerunt dictorum cessionariorum, dicebam cessasse onus, cum isti essent clerici ad illud non obligati, cum non esset onus verè reale, fixum, & invariable, sed potius mixtum, ex iis, quæ habentur sub tit. de Regal. disc. 50. & sequ. Quamvis in